Iscuso longe lateq; de inobedientia religiosorum nr̄i tpis: et que sit: et in quibus consistit vera obedientia. Recta etiam occasione pertractato de disciplina prelatorum: quo eam facere debeant: et subditi sustinerent: et quo possunt excōicare rebelles: et quo illi q. potestatem habent: possunt licite occidere impios. Hunc de immunditia vel incestu et eorum fornicationibus: qui mali sunt religiosi: et castitate et munditia eorum: qui boni sunt: tractandum est. Tertiu enim substantiale eorum trium que promittunt: castitas est. extra de sta. mo. cum ad monasterium. s. i. xxvij. q. j. nuptiarum. De fornicatione aut aliqd tractauit in hac. ii. parte. vbi dixi de anchoritis: in materia begardorum: in errore eoz: qui dicunt non esse peccatum fornicari. in. s. septimus error. in. c. lij. sed hic latius pertractabo. Et primo de occasionibus fornicationis: maxime in religiosis. occasio aut in eis et in quoq. immunditie vna qde est gula. Quotiter enī religiosis istius tpis gastrimargi. gulosi sunt. Gule autem due species sunt. crapula. i. cruda epula. et ebrietas. i. potus extra mensuraz. Ro. xij. Non in comeditionibus et ebrietatib'. ex de vi. et ho. cle. a crapula. vbi de hoc. vtrūq. istoz luxuriā puocat. De vino dicit ap̄s ad Ephe. v. et xxv. dist. in palea. vinolentum. vinum et ebrietas incen-

de inhos  
nestate re  
ligiosorū.

Occasio  
imūditie.

diū est ibi. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. non formaliter sed per accidens extra de iure. et si christus. Hiero. Luxuriosa res est vinum. xxv. di. luxuriosa res est. Et iterum ibi Prosper. ca. luxuriam. Luxuria facit et nutrit vini perceptio nimia: non natura. Hoc in ebrietate nudavit femora. Gen. ix. xxxv. di. §. i. z. c. v. Item loth inebriatus concubuit cum filiab. Gen. xix. de quo. xxxv. di. §. i. et d. quo dicit Ambro. qd fuit in eo ebrietas inceps origo. xxxv. di. sexto die. xv. q. i. inebriauerunt. et Hierony. Venter mero estuans facile despumat in libidinem. xxxv. di. §. i. et in palea venter. Inno. viii. Ebrietas et metis inducit exilium: et libidinis prouocat incentium. ut in. c. a crapula. extra de vi. et hone. cle. Venter et genitalia sibimet vicina sunt: ut ex vicinitate membrorum. confederatio intelligatur virtutum. xlviij. di. §. i. Mabuzardus princeps coquorū muros hierusalem destruxit. iiiij. Reg. vlt. qr venter cui multitudo coquorum deseruit: edifica virtutum ad soluz redigit. xlviij. di. §. i. Pilus monachus sit. Castitatem generat continencia. concupiscentia autem gule mater libidinis est. ut pre. c. a. crapula. Qui impugnatur a spiritu fornicationis concupiscentie saturitatem percipit. versus. Subtrahit ligna foco si vis extinguere flammatum: Si carnis motus oca vina dapes. Qui repleuerit ventrem et promiserit castitatem: similis est ei qd dicit se posse refrenare ignes in palea vel stipula. quemadmodum enim ignis impetum in arundinetu discurrentem coercere impossibile est: impetum libidinis ardentez sic impossibile est in saturitate compescere. Columna confirmatur super basim: et fornicationis passio in saturitate requiescit. hucusq; natus. Hieron. in Adichea. Ecclesie principes qui delicijs affluunt: et inter epulas atq; lasciviam pudicitiam se seruare credit: propheticus sermo describit. qd eiendi sunt de spaciois dominibus lautisq; conuiuis et. xxxv. di. ecclesie. Ber. Periclitatur castitas in delicijs. humilitas in diuinitatis: pietas in negotiis: veritas in multis loquio: charitas in hoc seculo nequam. Pilus. Lignorum copia ingentem suscitat flammatum. multitudo autem escarum nutrit concupiscentiam flamma ignis obscuratur deficiente materia: et escarum indigentia desideria carnis marcescunt. spinas germinat terra inculta: et mens gulosi germinat cogitationes turpis simas. nescit dolorem ignis corpus mortuum: nec continens concupiscentie mortue voluptatem. Non miserearis corpori si lassitudinem defleat. nec velis saginare eum affluentia escarum. si enim preualevit: insurget aduersum te: et bellum sine federe comoque aduersum te. donec capiat animam tuam. et quasi seruum tradat spiritum fornicationis vitio. hucusq; Pilus. Cassian<sup>o</sup> in. v. lib. de gastrimargia ait: Qui buslibet escis refectus veter seminaria luxurie parit. Sodomitis et luxurie saturitas extitit panis. Ezecl. xvij. Et qd per saturitatem panis. inextinguibili carnis ardore fuerunt succensi. iudicio dei celitus igne sulphureo concrematur. Qd si illos panis nimetas ad tam preruptum flagitorum precipitum vitio satietatis impegit: quid censendum est de ihs qui vegetato corpore perceptionem carnium et vini immoderata libertate presumunt: nec quantus expedit imbecillitas: sed quantum libido animi suggerit: usurpantes hec cum carnis cura in desiderijs. contra apostolum Ro. xij. di. v. non mediocriter. in fi. vbi etiā de hoc in gl. a. Idem in eode. Mor. habet perpetuas castimonie puritatem quisquis non ingem tempē

rante equalitatem tenere contentus est. Roma. ix. Idem in eodem. Numquid poterit ardoris concupiscentie stimulos cohibere. quisquis desideria gule refrenare nequievit? Interioris hominis castitas virtutis huius consummatione discernitur. Numquid enim robustioribus emulis collectari posse cōfidas eum quem in leniori conflictu conspereris ab infirmioribus paruisq; superari. Idem in eode. Imposibile est saturum ventrem pugnas interioris hominis experiri: nec bellis robustioribus attētari dignū est eum qui potest deieci leviori conflictu. Item Climacus in gradu. xij. de gala. Bula est delectationū libidinis foris fornicationis patratrix. tribulatio vero ventris conciliatrix est castitatis. Quis suum vestrem et souet et contendit spiritum fornicationis extinguere? Immundus demon gule recedit post cibi repletionem: et fornicationis spiritum nobis mittit. qui veniens et inueniens ventrem grauatus somno: ligat pedes eius et manus: et omnia quecumq; volunt de reliquo fecit: et corpus et animam phantasijs et inquinationibus et colluisionibus sedauit et sordidauit. Ampla et spaciofa est via ventris: que dicit in fornicationis perditione. Mat. vii. Luc. xij. et muliti sunt qui vacunt per eam. I. di. tua. qr angusta et arcta est ieunij et abstinentie via: que dicit in vita castitatis: et pauci sunt qui ingredientur per ea. xvij. di. de his. filius primogenitus gule. minister fornicationis. vincens gulam ad impossibilitatem et castitatem ascendit. Hucusq; climacus. Secunda occasio et materia fornicandi religiosis et cucuris est conversatio mulierum et iuuenium. Unde Pilus. Oleum enutrit lucernam: et ignem luxurie confabulatio mulierum. Facies mulieris sagitta est virulenta. Inflixit vulnus in anima: et venenum ibi reposuit: et quanto magis memoratur: ampliorem putredinem operatur. Qui canet hec iacula: non se ingerit solemnitatum frequentie: neque in festinitatibus quasi amies et stupidus circumuagatur. Pilus namq; est manere in domo et vacare orationibus: qd si putet honnore festiuitates: et cum inimicis consideat. facit optime quod legitur et no. xij. q. i. odi. in glos. c. contra. Item Pilus. Fuge confabulationes mulieruz si castus esse volueris: et ne tribuas eis fidutiam aliquando audere in tuis conspectibus comparere. Religionem in mitis aut habent aut simulant: postea audiunt omnia procaciter. Prima confabulatione obtutum habent deorsum: loquuntur mitius: et compatiendo lacrymas fundunt: habitum presentunt honestatis: et ingemiscunt amariter. sciscitantur de pudicitia: et cum deuotione auscultant. Secundo iuisti et vidisti: et pusillo innuunt. Rursum tertio: et incidunt procaciter. Subrisisti: et ille profuse risere. Exornantur deinde et euidenter se tibi ostendunt. obtutum componunt ut annuntient passionem: suspirilia extendunt et palpebras subuertunt. denudant cervices. et toto corpore franguntur. verba loquuntur quibus passio emollitur: et loquela studet seductionis: ut auditum permulcent. et in omnibus his animam tuam impugnant. Nec autem efficiuntur tibi hamis inescantes ad mortem: et velut nebula multimoda trahens in perditionem. Non te decipiunt verbis cum modestia abutentes. Absconsus namq; in eis est venenuz bestiarū nequissimum. Ab agis appropinquia igni ardenti qd mulieri nouelle: quū ipse magis suis iuuenis. Igni namq; accedes quū dolueris cito exiles. mulieris vero sermonib' emol-

litus, nō facile valebis abscedere. Germinat herba que se cū aquaz constiterit: et passio libidinis in cōfabulatione mulieris. Fluctus maris communas periculum. forma mulieris parturit perniciem. Forme pulchritudo peius qz procella. consurgunt procelle: sed quidem ob vite desiderium inter eas possimus tranare. species autem mulieris si semel decepterit: et ipsam vitam contemnere facit. Exo.iiij. Rubus solitudinis flammam ignis effugit illesus. qz pudicus re motus a mulieribus non est inflammatus libidinis vītio. Sicut ignis memoria non comburit mentem: sic nec passio pīreualet si non fuerit pīsens materia. Si misertus fueris hostis erit tibi inimicus. Seneca. Cane tibi de inimico reconciliato. Et si pepercēris passioni: insurget super te libidinosa illecebria. Ad voluptatem pertrahit facies mulieris impudice. castus vero commouet ad glorificationem dei. Si quieuerit passio in confabulationibus mulierum: ne credideris ei quasi impossibilitatem tibi promittat. Nam canis qnū commouerit caudam: congaudet. siquidēz si capiatur a turba. foris autem progrediens pīriaz ostendit nequitiam. Qū mulieris memoria impassibilis efficitur: et phantasia eius non commouet passionem: tunc existimato fines descendere castitatis. qnū autem figuratum eius te ad contemplationem suscitat: et membra eius potest coaptare virtutibus: tunc confide in natura esse virtutis. Sed nec sic veslis remorari in eius cogitationibus. neqz multū yoluas in mente tua formam mulieris. est enim passio que facile in aliud transserit: et periculus habet in proximo. et res de facilis ad suam naturam revertit. ff. de pac. si vñus. c. xxv. di. ab exordio. Natura castissima corruptitur: si diuitiā phantaste mulierum in animo immorentrur. In paleis si retardet ignis: excitatflammam. sic memoria mulieris succedit concupiscentiam. hucusqz Nilus. Item Jo. cassi. in. vi. li. de spiritu fornicationis ait. Humanī generis conditor opīscī sui naturam pī omībus emendationemqz cognoscēs. illīc curam adhibuit medicīne vñ causas morbi pīncipaliter nouerat emanare: inquiēs. Mat. v. Qui viderit mulierem ad concupiscentium eam: iam mechatus est eam in corde suo. xxvij. q. v. qui videt. Detulantes oculos notans. non tam eos arguit: qz illum interiorē sensuz qui officio eoz male vītūtū ad videndum. Super verbo autem illo decalogi. Non mechaberis z. c. dicit Aug. Nō mechaberis. i. non ibis ad aliquam aliam preter vxorem tuā. Tobie. iiij. Attende tibi fili ab omni fornicatione: et preter vxorem tuā nunqz patiaris crimen scire. Tu enim hoc exigis ab vxorenō vis hoc reddere vxori: quum debess in virtute precedere vxore. xxvij. q. v. non mechaberis. z. q. vi. nō mechaberis. Turpe est aut ut vir dicat nō posse fieri qd semina facit: vir nō potest. Holi aut dicere. vxorez nō habeo. ad meretri cē pergo. nec hoc pīceptū violo quo dīcī. nō mechaberis. Jā. n. nosti pīcūm tuū. iam nosti qd māduces: qd bibas. immo quē māduces quē bibas. Abstine ergo te a fornicationibus. Quū. n. imaginē dei quod es tu. corūpis pī fornicatiōes et defluētias libidinis: ipse etiam dñs q scit quid tibi vtile sit: hoc pīcipit: ne pī illicitas voluptates corrūat templum eius qd esse cepisti. ad hec. xxvij. di. audite charissimi. q est palea. de pe. di. i. agite. xxvij. q. iiij. meretrices. Item Hiero. sup pīdicto verbo. Qui viderit mulierem z. c. Inter passionē et pīpassione hoc interest: qī passio reputat pī vītio. pīpassio licet vītū culpā habeat: non tū erit in-

crimine. Ergo qui viderit mulierem et aia eius fuerit titillata: hic propassione pīcūs est. Si ergo consenserit: de propassione transiuit ad passionē. et huic non voluntas peccandi deest: sed occasio. Quicunqz ergo viderit ad concupiscentium: si sic aspergit ut concupiscat et facere disponat: iste recte mechatus dicit in corde suo. Item Aug. Nam tria sunt quibz impletur peccatum. di. vi. in palea. sed pensandū. de pe. di. i. sicut tribus. s. suggestio: q per memoriam sit sine per corporis sensus. Qz si frui delectauerit: delectatio illicita refrenanda est. Si autem consensio facta fuerit: plenum peccatum erit. Verum tū delectatio ante consuetudinem vel nulla est vel tenuis: cui consentire peccatum est. Si autem et in factum processerit: videtur satiari et extingui cupiditas. Sed postea quum suggestio repetitur: maior attenditur delectatio. que adhuc minor est qz illa que in consuetudinem vertitur. quaz vincere difficile est. Adde hic q scripti et additionai. s. in. ii. parte. i. iii. c. Hiero. in līa Ayn. in verbo. Oculus mens. in. c. vij. z. in. c. lij. q. septim. in prin. Greg. in. xxj. moral. Quisquis vero incaute exterius respicis: plurimum in delectatione peccati cadit: at qz obligatus desideriis incipit velle quod noluit. Valde namqz caro deorsum trahit. extra de renun. c. j. et semel species forme cordi per oculos illigata. vix magni lactaminis manu soluitur. Pronidendum ergo nobis est. qz intueri non debet quod non licet concupisci. Ut enim munda mens in cogitatione seruet: a lasciuia voluptatis sue deprimenti sunt oculi quasi quidam raptiores ad culpaz. De aspectu mulierum. j. e. c. ver. est etiam religiosis. et ibi etiam se quitur de collocutione mulierum. Item ibi Chrys. Si ergo velis continue pulchris faciebus oculos infigere: capieris omnino: et si bis vel ter fortasse possis continere. non enim es extra humanam naturaz. Qui autem flammam semel accendit visa muliere, etiam ea absente format apud se imagines turpium actionum: a quibus multoties proceditur ad opus. Qz si aliqua se ornando oculos hominum ad se attraxerit etiam si nulli plagam intulerit: penam patietur extrema. quia nocere tentauit. de pe. di. i. in prin. in. ll. ibi canonizatis. et causam mali dedit quantum in se fuit. ex de homic. de cetero. vbi de hoc. et de iniurijs. c. si. Venenum enim consecit: et si nullus gibbat inuentus est. Quod autem viris dicit: hoc et ad feminas loquitur. i. viro. xxvij. q. v. cum caput. capit. n. loquens et corpori persuadet. Item Jo. cassia. in. vij. li. de spiritu fornicationis. Purgationis fornicationis prima est custodia. ut memoriam sexus feminī qz citissime de cordis nostri recessibus extrudere festinemus. ne talis memoria morosa precipitet mentem: et cogitationes noxias possit inferere. Item Joan. Climacus in. xv. gradu de castitate ait. Qui dam monachi plerunqz degentes cu feminā et hoc in concupiscentia omnino non impugnantur: nec in tentationem inducuntur cogitationū. qua ex re beatificauerunt seipso miserabiles: ignorantes quia vbi maior interitus: ibi opus minoris custodie non existit. Nam propterea hostis callidus eos tunc non impugnat: ut fidutiam et libertatem cum mulieribus conuersandi accipientes turpius corrunt. Itē idem ibidem. Vidi deliciantes et conuiuentes: et ad tempus non statim inquinatos. Vidi quoqz cu mulieribus comedentes et commorantes: et nullā tūc ad pīsens meditationem aut intentionē malignā habentes vel cogitantes. Hinc quidem igitur ipsi seducti,

confidentes

confidentes & pariter suisorum curam & vigiliam exuentes: qn̄ putabant pacem habere, & in suis cellis securitatem & quietem certam possidere: sunt passi exterminium & interitum repentinum. Idem in eodem. Quidam patrum expertus dolu demonis narravit qm̄ plerunq; demon fornicationis pfecte se subtrahit: & summa religiositatem reverentiam & honestatem monacho: & fin tps lachrymarum fons tem submittit & iugurit. Quiz vero ei suggesterit cū mulieribus familiariter loqui & residere: & admone re eas ad castitatis honestatem & continentiam & memoriam mortis & eterni iudicij: vt pp sermonem & dictam religiositatem preoccurred lupo miserabiles vt pastori: & de cetero consuetudine & familiaritate contracta & securitate & cōfidentia facta tunc lapsu & ruinam miserrimus ipse sustineat. Fugientes fugimus: vt fructum non videamus nec audeamus de quo nunq; gustare ordinati & constituti sumus. Abi ror enim si dauid propheta.ij. Re. xi. de pe. di. i. v. ex his itaq; ver. dicendum quoq; & de pe. di. ii. v. oppo nitur viam. ver. vnde quid. ver. & tñ. nosipos fortio res reputamus. quod nature impossibile est. hucusq; Jo. Eli. Dixit Abraam discipulus abbatis. Sisoy ad eum. Pater senuisti. eamus parum iuxta mundum. Dixit ei sisoy. Ubi non est mulier illo eamus. Dixit ei abraā. Et ubi est locus qui non habeat mulieres: nisi forte in solitudine? Dixit ei senex. Ergo in solitudinem me tolle. Quidam seni seruebat quidā frater & quedam virgo. accidit vna die q; vterq; sibi ad lenem venientes occurserunt in via. Quumq; se ro facto ad sua remeare nō possent: imprudēter egit. & causam criminis prestitit. lxvii. di. error. facit quod legitur & no. extra de iude. ita. & in gl. c. posuit in artas senior inter vtrōsq; ut dormirent. Frater ille carnis sue pugnam non ferens: miserandam virginē stupravit. quod peccatum ex occasione perpetratum est. ex de eo qui cogno. confan. vxo. veniens. ij. ibi. Et qn̄ se opportunitates ingerebat cognoscet viramq;. Quidam senex egrotans videns laborem fratrum sibi seruentium: dimisso deserto iuit in Egyptu. cui tñ dixit abbas. Moses q; non iret: q; in fornicatio nem caderet. cui senex contristatus ait. Mortuum est corpus meum: & tu mihi ista dicis? Quiz ergo abijs set in Egyptum: virgo quedam fidelis obtulit se in eius obsequium. Et post aliquantulum tpiis quum paululum conualuisse: incurrit in eam. & concepit. Et interrogata a vicinis a quo: dixit q; a sene. Illis vero non credentibus: dixit senex. ego hoc feci. Sancta verecundia & confessio. de pe. di. iij. ille rex. & di. i. quem penitet. sed custodite milii in sanctulum quem pepererit. Ablactatum autem eum tulit senex in humeris suis. & die qua erat festivitas in scythia intra uit ad multitudinem fratum. Illi autē vidētes fleuerunt. & dixit senex. Videlis infantem hunc? filius est inobedientie. Laetate ergo vos. q; in senectute hoc se ci. & orate pro me. At iste sibi non pepercit. deus sibi pepercit. ignouit ei christus: q; etiam ipse peccatum suum publice agnouit. de pe. di. i. veritas. cum. q. pre. quecumq; alias sunt. q. sub. c. q. aliqui. Ubi etiā dicit per Aug. in persona peccatoris. Tu ne punias q; ego punio. Et ignosce q; ego cognosco. pergens ad cellā suam ad initium prime cōuerisionis sue reuersus est. Item quidam frater iter faciens secum suam matrem habebat iam vetulam. qui quum venissent ad quemdam fluminum non poterat illa transire. & tulit filius suus frater ille pallium suum: & inuoluit manus suas

ne aliquo modo tangeret corpus eius. & ita portans eam transiuit flumen. Dixit autem mater ei. vt gd operuisti manus tuas fili? Rūdit. Quia corpus mulieris ignis est. xxvij. di. hospitiolum. cum. c. seq. Hie ro. Quid ardenti corpuculo oleum adiūcimus? facit xxvij. q. iij. vir cum propria. ibi. Qui in igne positus nescit ardere. Greg. in. iij. li. dialogorū. & est. xxvij. di. presbyter. Quidam grecus presbyteram suam a tpe accepti sacri ordinis vt sororem diligebat. Sed quasi hostem cauebat. & ad se nunq; proprius accede re sinebat. Tandem ad extrema deductus est post lō gam etatem. Quem quum presbytera sua conspiceret siquod ei adhuc vitale spiramen inesset. naribus ei<sup>o</sup> apposita curauit aure cognoscere. Quod ille sensiens quantum a visu potuisse recoll gens ait. Recede a me mulier. adhuc igniculus viget. paleam tolle. Ad quem statim apostoli Petrus & Paulus ve nerunt. quos videns ait. Ecce venio. gratias ago. & inter hec verba animam reddidit. Greg. iij. libro dia logorum sic ait. Quid diuina misericordia circa Andream fundane civitatis ep̄m fecerit: quatenus legentes vt videant exhortor. qui corpus suum contineantie dedicant: habitare cum feminis non p̄sumāt. ne ruina menti tantomagis repentina subrepatis: quāto plus ad hoc quod male concupiscitur in presentia cōcupite forme famulatur. Hic nempe vir venerabilis plenus virtutibus quandam sanctimoniale certus de sua eiusq; continentia secum habitare permisit. Ex qua re actum est vt antiquus hostis apud eum adiutum tentationis inueniret. Nam cepit speciem illius oculis mentis imprimere: vt illectus nefanda cogitaret. Nam & vnu malignus spiritus animam eius per speciem illius sanctimonialis in temptationem carnis commovit. adeo vt in tergū illius sanctimonialis eps blandiens alapam daret. Quaz temptationem eps per quendam iudeum qui hoc audierat in conueniu demonum, sciens: & orationi sedans: non solum illam sed omnem quoq; feminam de suo habitaculo expulit. atq; omni illa temptatione funditus caruit. xxvij. di. hospitiolum. Item in visitis patrum legi: ur q; quidam frater multum tentabatur de quadam pulchra muliere nupta: quam visiderat in seculo. que tandem mortua fuit. quod ille frater audiens iuit de nocte ad sepulcrum eius: & fodies extraxit de putredine corporis eius. & portauit in celum. & pones frequenter ante se & os suum: dicebat sibi. Ecce quod desiderabas. satiare ex eo. & sic faciebat donec satietate fetoris morerentur concupiscentie eius. bonus medicus fetore fetorem expellens. c. extra de re. iu. omnis res. Item dixit senex. Quis muliere non comedas: etiam si sit mater vel soror: que pugnam augent. Item Joan. cas. in coll. Serapionis de octo vitis ait. Puritati studentibus plurimum confert vt carnalium passionū ipsas materias abi primitus & penitus subtrahant: quibus potest vel occasio vel recordatio earundem passionū egrotantium adhuc anime generari. Necesse est enim vt mox duplice duplex adhibeatur curatio. Nā corpori (ne carnalis concupiscentia in effectum tentet prorumpere) necessario effigies & materia illiciens subtrahenda est. & anime nihilominus ne eam contagionem concipiatur: attentio & meditatio scripturarum & solicitude per vigil ac remotio solitudinis vti liter apponenda. Itz Joan. cas. in coll. Sereni de mobilitate aie dicit de abate Paulo: q; quiz ad visitandum quendam fratre eunti mulier occurrit

offensus occursu eius tanta fuga ad monasterium est  
 reuersus, pretermisso quod arripuerat visitationis of-  
 ficio quanta nullus a facie leonis aufugeret, quod li-  
 cet castitatis et puritatis ardore fecisset: tamen qd nō  
 habuit scientiam (non enim solam familiaritatem q  
 vere est noxia seminarum: sed ipsam quoqz figuram  
 sexus illius credidit execrandam) tali confessum cor-  
 reptione percussus est: vt eius vniuersum corpus pa-  
 ralysis valetudine solueretur. Dicitur paralysis a pa-  
 ra quod est dis et lysis quod est solutio quasi corporis  
 dissolutio. Est autem paralysis lesio partis cum pri-  
 uatione sue diminutioe sensus vel motu vel vtriusqz.  
 Eo autem redactus est: vt infirmitati eius nullo mo-  
 do virorum diligentia deseruire sufficeret: nisi sola ei  
 in quodam cenobio virginū per annos fere quatuor  
 idest vñqz ad vite sue terminum mulieribus sedulitas  
 ministrasset, a quo tamen tanta virtutum gratia pro-  
 cedebat vt quum de oleo quod cadauer suum poti<sup>o</sup>  
 qz corpus contigisset vnguentur infirmi: confessum  
 cunctis valitudinibus curarentur. Itz in vitis pa-  
 trum quidam frater in templo idolorum vidi satha-  
 nam sedentem et omnem militiam adstantem ei. et  
 quum multi spiritus narrarent ei mala que fecerant.  
 et hec ei pauca et parua viderentur ei: iussit eos flagel-  
 lari. Alius vero demon adueniens adorauit et ait.  
 In eremo sui xl. annis impugnás quendam mona-  
 chum: et hac nocte preualui vt facerem euz fornicari.  
 Quod diabolus audiens, surgens oscularius est euz.  
 et tollens coronam quam in suo habebat capite: fecit  
 euz sedere prope se: coronans eum illa corona dicēs.  
 Magnam rem fortiter egisti. Et propter hoc ille fra-  
 ter factus est monachus. Item narrat Joan. cassi.  
 in dicta coll. Sereni qd quum quida et fratribus in  
 quodam antro quadam nocte mansisset: cepit subito  
 cateruas demonum intueri. inter quas vñus magni-  
 tudine cunctis procerior et vultu terribilior aduenit.  
 qui vniuersuqz actus cepit discutere. et eos qui eo-  
 rum emulos homines neccum potuissent circumue-  
 nire, velut pro mercede a conspectu suo iubebat ex-  
 pelli. illos vero qui nuntiabant sibi metu consignatos  
 decepisse, summis laudibus attollebat. In quorum  
 numero quum quidam nequissimus spiritus lectior  
 aduenisset: asservit quendam monachum post. xv.  
 annos quibus eum iugiter obseisset ipsa nocte rui-  
 na fornicationis turpiter elisisse, super quo magnis  
 preconis a principe tenebrarum coronatus absces-  
 sit. Frater autem visionem videns, accedens ad lo-  
 cuz ybi ille habitabat monachus: inuenit qd ille mo-  
 nachus monasterio derelicto, cum quadam puella  
 casu miserabili corruisset. Item Jo. cassi. in coll. ab-  
 batis Joannis de fine cenobite sic ait. Quemadmo-  
 dum corpori vñus libidinis carnisqz vicinatas: ita  
 etiam menti memoria eius penitus est subtrahen-  
 da. satis enim perniciosum est adhuc infirmis pecto-  
 ribus vel remissam recordationem huius passionis  
 admittere. ita vt nonnunqz eis sub recordatione san-  
 etarum seminarum velut sub sacre lectionis historia  
 noxie titillationis stimulus excitetur. cuius causa se-  
 niores nostri huiusmodi lectiones sub presentia mis-  
 norum solent consultissime preterire. Sane perfectissi-  
 simis quibusqz et summo affectu iam castimonie con-  
 firmatis probationes quibus se examinare valeant  
 deesse non possunt: quibus perfectissima mentis inte-  
 gritas et cordis incorrupta conscientie iudicio com-  
 probetur. Erit enim consummatissimo viro proba-  
 tio sui: s. qui radicem morbi huius luxurie penitus ia-

se extirpasse cognouerit: explorande gratia castitatis  
 interdum etiam aliquam exploratione sui imaginatio-  
 nem feminine possit admittere. Ceterum ab iis  
 qui minus firmi sunt: hanc examinationem nullatenus  
 conuenit usurpari. vt coniunctionem feminine  
 et palpationem quodammodo teneram ac mollem  
 corde pertractent. erit enim eis noxia: non salubris.  
 Quum ergo perfectissima quis virtute fundatus: ad  
 illecebram blandientium cogitationum nullum me-  
 tis assensum. nullam commotionem carnis in se de-  
 prehenderit excitari: certissime puritatis sue capiat  
 documenta. ita vt ad hanc se firmitate puritatis exer-  
 cens, castitatis atqz incorruptionis bonum non soli  
 mente possideas: sed etiam si corporalem feminine atta-  
 ctum causa ciuis suis vt adsolet necessitatis attulerit:  
 passionis sensum penitus ignoret. Item Jo. cassi. in  
 coll. abbatis Idinus de fine penitentie sic ait. So-  
 let etiā frequenter accidere vt dum vel suos vel alio-  
 rum lapsus imperitorum quispiam miserantis retrah-  
 eat affectu: ipse etiaz subtilissimi teli voluptario per-  
 stringatur assensu. et initum sub specie pietatis exor-  
 tum obscene et noxio fine cocludat. et quod erat ad re-  
 medium: tendat ad noxam. xlvi. di. licet. iij. et extra de-  
 excep. pia. j. r. li. vi. Item in vitis patrum quaz ab  
 bas Arsenius sederet in canopo: quedam virgo Ro-  
 mana prepotens et diues venit ad cellam eius. et con-  
 tigit qd tunc extra ambularet Arsenius, quem vt illa  
 videntiante pecles eius se in faciem prona prostravit.  
 quam ille cuz festinatione suscitans ita compellabat.  
 Si faciem meaz tm peruidere desideras, intuere. Illa  
 vero pre verecundia oculos suos non audebat at  
 tollere. sed ait. Exoro vt pro me ores: et me in memo-  
 ria halhere digneris. Lui Arsenius. Oro deum meuz  
 vt debeat tuam ex corde meo memoriaz. Quo verbo  
 illa infirmata est pre tristitia. quam archieps Alexá-  
 der confortans ait. Nunquid nescis te esse feminaz?  
 et qd per feminas solet inimicus hominem impugna-  
 re: ideo vultum tuum de corde suo deleri dixit. Nam  
 pro anima tua dñm deprecatur. Quibus verbis re-  
 creato recessit. Item in vitis patruz quedaz mulier  
 in honesta submissa a iuuenibus, venit in desertum  
 sero ad quendam solitarium nominatum. qd quum  
 pulsasset ostium celle, dicens se a via errasse: petebat  
 ingressum. quā ille etsi turbatus introduxit in atriu  
 celle sue. ipse vero clauso ostio intrauit cellaz. Illa ve-  
 ro nocte clamabat. Abba: fere me comedunt. Ille ve-  
 ro turbatus est timens iudiciū dei: dicebat qz: Unde  
 venit mihi sera hec? et aperiens ostiuz introduxit eā  
 intus. Cepit autem diabolus cor eius sagittare. Qd  
 senex cognoscēs dixit in se. Vnde inimici tenebre sunt.  
 Ro. xiiij. Filius autem dei lux est. Jo. viij. Accedit  
 ergo lucernā. et quipm inflāmare dicebat. Qui talia  
 agit: in tormentis vadūt. Thessal. iiiij. ibi.  
 nouit deus. Et mittēs singulatim oēs digitos in lu-  
 cernā, nō sentiebat pp flāmam libidinis. et sic facies  
 vñqz mane eos combusserit. Qd videntis illa velut lapi-  
 dea effecta est. Mane venientes qd ea submiserat: eam  
 mortuā innenerūt. Senex vero ostēdēs digitos ait.  
 Ecce qd fecit milīa ista filia diaboli. et narravit eis tē-  
 tationē suā. et ait. Nō reddam malū p malo. i. He.  
 ii. Ro. xij. xxij. q. iij. cū in lege. et resuscitauit eā. Illa  
 vero postmodū in peritētia māsit. In vitis patruz  
 quidā magnus senex versabat cū quadā virgine sa-  
 cra: qd ei sepe arridebat: et cū eo iocabat. Ad ultimum  
 conceperunt dolorem et pepererūt iniquitatē. ps. viij.  
 et mansit cū ea mensibus sex. qua derelicto a deo cō-

punctus

punctus intrans erenum & nudus cooperitus capili penitentiam fecit: habens palmam que quolibet mense unum botryonem dabant: qui ei sufficiebat per totum haensem. Item in vitis patrum dixit senex. Non habeas amicitiam cum muliere, neque cu[m] puer, neque cum hereticis. & erit mens tua pacifica. Itz in vita Captivi monachi dicitur q[uod] cum quadaz muliere captiuus esset, & quum eorum domini cogeret eos ad matrimonium: simulauerunt nuptias, & quu[m] soli habitarent & pascerent pecora: nunq[ue] tunc nudum corpus mulieris vedit monachus: nunq[ue] eius carn[e] tegit: timens in pace perdere quod in prelio seruauerat. diligens eam ut sororem: non tunc se ei credens ut sorori. Item in vitis patrum quidam duxit secu[m] in desertum Scythie filium lactantem ubera, qui in monasterio nutritus nesciebat quid essent mulieres, qui quum factus esset maior: ostenderunt ei demones de nocte habitum mulierum, & mirabatur pater, cui hoc filius reuelauit. Semel etiam cum patre suo ascendit in egyptum, & videns mulieres dixit patri suo. Abba: ecce isti qui veniebant ad me in Scythia nocte, & dixit ei pater. Isti sunt de seculo monachi filii, alio habitu videntur isti, alio eremite. Et miratus est sener quo & in Scythia ostenderunt demones imagines mulierum, & statim reuersi in cellam suam. Item in legenda Balaam legitur q[uod] magus quidam confunduit regi patri, Iosaphat conuersi a Balaam q[uod] a filio suo cunctos remoueret: & puellas decoras & honoratas introduci preciperet: ut semper cum eo essent: subiq[ue] ministrarent, nihil enim sic potest iuuenies seducere sicut facies mulieris. Nam rex quidam quu[m] filius habuisset: dixerunt ei peritissimi medici q[uod] si intra decem annos solem videret: oculoru[m] lumine pruaretur. Rex ergo in quadam spelunca toto illo tempore filium esse fecit. Quo finito, iussit rex ut oium rerum genera ante eum adducerentur, ut oium noia & notitiam habere posset. Adductis ergo ante eum auro, argento, lapidibus preciosis, vestimentis preciosis, & equis, mulierib[us] & alijs omnibus, puer de quolibet per se quid esset querebat. & ministri sibi oia per sua noia indicabant. Quum autem nomen mulierum anxiety quereret discere: spatarius regis ludendo dixit. Demones sunt qui seducunt hoies. Rege ergo querente a filio quid sibi de omnibus amplius placuisse: ait: Demones qui seducunt homines miseri super omnia placuerunt, in nullo. n. ut ipsa anxia facta est aia mea. Legitur etiam in legenda beati Andree q[uod] diabolus se transformauit in speciem cuiusdam pulcherrime mulieris ad decipiendum quendam sanctum ep[iscopu]m deustum beato Andree, quum quum ep[iscopu]s ad prandium invitasset: ep[iscopu]s & illa ex opposito considerant, intendebat autem in eam crebro ep[iscopu]s: eiusque faciem non desinebat intueri & pulchritudinem admirari. Siquidem oculus figuratur: animus sautiatur. xxxij. q. v. nec solo. Et dum eius faciem non desinat intueri: & pulchritudinem admirari: antiquus hostis cor eius graui iaculo vulnerauit, quem tunc demonem transfiguratum beatus Andreas in forma peregrini ad ostium ep[iscopatu]m veniens effugavit. Legitur etiam in legenda almi Francisci q[uod] ipse mulierum familiaritates colloquia & aspectus, que multis occasio sunt ruine, sollicitius evitari iubebat: asserens per h[abitu]m debilem frangi, & fortem sepe spiritu infirmari. Harum contagionem euadere conuersantem cum eis tam facile dixit q[uod] iuxta scripturam in igne ambulare & non combure plantas Esa. xliv. Quum ambulaueris per ignes

non combureris. Siquidem ipse adeo auerterat oculos suos ne homini vanitate viderent. ps. cxviii. Auertere oculos meos ne vid. vani. Quod sicut aliquando socio dixit, quasi nullam recognoscet in facie, non enim securum esse putabat earum formarum introspicere haurire imagines, que possunt aut edomite carnis resuscitare igniculum: aut pudice mentis maculare nitorem. Asserebat etiam friuolum mulieris esse colloquium: excepta sola confessione vel instructione levissima. xvii. q. ij. in decima. in f. iuxta quod & salutis expedit & congruit honestati. Que sunt inquit religioso cum muliere tractanda negotia: nisi quum sanctam penitentiam vel melioris vite consiliu[m] religiosa petitione depositit. Utinam nunquam hodie certe fratres confessiones mulierum etiam religiosarum audiunt: nec tali audiendi confessiones privilegio vteretur. q[uod] quod prouisum est ad salutem confidentium: tendit ad nostram confessiones mulierum audientium xlv. di. sed illud. Ex nimia securitate minus caueat hostis. Diabolus si de suo capillu[m] habere potest in homine: cito excrescere facit in trahem. Hac etiam ratione precepit in sua regula q[uod] fratres non haberent suspecta consortia vel consilia mulierum. Sanctus etiam Lodoicus ep[iscopu]s tolosanus frater minor filius regis Siclie domini Caroli quu[m] semel aliunde veniens Mea polim accessisset: regina mater eius occurrente amplexata est eum, & more gallicorum & provincialium volunt eum osculari. sed pudicus iuuenis faciem suam ab ea auertit: ne oscularetur eum. Qui quum mater diceret. Nunquid non ego mater vestra sum? & osculari possum? Respondit virginalis & tantus iuuenis. Mater quidem estis: & femina, quod verbum de corde mundissimo emanauit. Bicebat etiam frater Jacobus benedicti Tuderti frater minor perfecetus. Ego tamen curarem si viderem pulchram faciem mulieris: quantum si viderem caput asini. sed iste modus non est tutus neque pro omnibus. Quando sanctus Franciscus cum femina loquebatur: sonoravit ab omnibus posset audiri voce dicenda premebat. Interrogatus a socio cur non respexit quandam virginem visitante & corporaliter ipsum reficienter, respondit: Quis non debet timere sponsam christi? q[uod] si oculus pudicis. c. xxxij. q. v. nec solo. predicatorum & facie ipsa me viderit: non ego illam. Ordinavit etiam beatus Franciscus propter honestatem, & deuotissimum loci sancte Marie de angelis, q[uod] nulla mulier deberet intrare claustrum illud. Legitur de sancto Rogerio provinciali fratre minore summe contemplativo, q[uod] quum quendam die iret cum socio suo: obnauit cuidam domine: quam pluries ipse visitauerat in domo sua: & cu[m] qua pluries locutus in porta ecclesie fuerat. Quum igitur eam obuiantem salutasset: & sic trahisset: interrogauit socium an illa erat talis domina, cui dixit socius q[uod] sic, & adiecit socius. Nunquid vos non cognoscitis eam? non (inquit) quod nunquam vidi eas in facie, etiam matrem meam, postquam fui frater minor. Tunc socius qui sciebat eum valde securum: dixit ei. Quum sciatis vos in facto mulierum securum sic esse: vnde est q[uod] tunc timeatis eas aspicere? Et ipse respondit. Frater (ingratus) in potestate hoies est vitare occasiones peccandi, & ideo quodcumque homo facit quod in se est & dominus facit quod in se est: tuendo hoies a peccato. Impossibile est. n. q[uod] vnde dominus deserat mentem quam possidet: nisi homo beat culpa dum non vitat oem occasionem peccandi. Ex quo tu exponis te periculo per occasionem quam potes vitare: maxime in tali tentatione ad quam multum

declinat homo ex corruptione nature: confidens de viribus tuis: az tunc dñs non tenetur te defendere: sed potest sine omni iniustitia tuis viribus in quibꝫ confidisti te dimittere. Et ideo vulgariter dicit. Qui se custodit deus cum custodit. iij. Psal. xv. Dñs vobiscuz: quia fuitis cuz eo. si quiesceritis eum: inuenietis. si autem dereliqueritis eum: derelinquet vos. Et propterea (inquit.) et mens que deum diligiti: ita tare de declinaret scienter ad venialissimum peccatum: scut ad mortalissimum. Item Hugo de sancto victore in libro de claustrō anime. Mulieris vox blanditur auribus: et facies oculis. Isaac de Syria ait. Quā homo accedit ad deum: sedus init cum eo non vide re faciem mulieris. Job. xxxi. nec aspicere formosor̄ aspectus. Nam et qui clam de religiosis certatoribus vident quendam fratrem imberbem similem mulieribus: reputauit hoc nociuoz menti atq; damnum in pugna sua. Unde non acceptauit vt intraret cellam eius vt salutaret eum. Secreuit. n. prudenter ille senex. q; si cogitauerō tm haec nocte q; hic sit tas lis: fieri mihi factura non parua. Et quim discipul⁹ eius ei diceret. Numquid et tu pater talia times? Rū dit. Ego quidem fili non timeo. verūtamen nolo mihi inducere pugnam in vanum. Nam talium recordatio infructuosam facit menti turbationez. Ad vnum quodq; membrum corporis habet pugnā homo. et debet custodire seipsum: et diminuere pugnam in ipsis. q; homo sibi faciat violentiam ad bonū. periclitatur tñ semper. Videlicet atq; concupiscedo quecunq; ferunt nobis confusionez in recordatione sui: expedit nos timere: nec conculcare. Itē conscientia maius est omnibus: vt causas pugne plongemus a nobis: q; q; ex hoc corpus angustiam patiatur. q; timendum est quum venerit occasio: ne ruinaz quis incurrit. ex de eo qui cognoscit. consan. vxo. sue. venies Idem. Qui occasionem peccati non tollit: invitatus trahit ad peccatum. q; quum rerum oppo: tunisates accipimus: nosipso non possumus continere. Idē. Sepe multis sanctorum inimicus illudit phantasmatibus pulchritudinem mulierum. Multoties autem et ad illos qui sunt in mundo vel appropinquat mūdo quasi uno miliario vel duobus vel vni⁹ diete spatio. ipsas mulieres cōuerit adduci. Distantibus vero a mundo quibus hoc nequit facere: in phantasma tibus ostendit earum pulchritudinem. quandoq; in ornatu vestiū in impudico aspectu: aliquoties in specie nude mulieris superauit eos. Idem in eodē. Nō appropries corpori alicuius preter necessitatis causam. nec corpori tuo permittas aliquam appropinquare nisi (vt dixi) ex causa rationabili. Cōpuslo qui cum muliere verte faciam tuam a visione: et sic cum ea loquere. A monialibus fuge sicut ab igne et laqueo diaboli. Obviationez earum et collocutionē fuge: ne colorent cor tuum sorribus vitiorum. Quā uis sint sorores tue sīm carnem. lxxij. di. legitur. sicut ab extraneis te custodi. A fidutia iuuenuz et locutio ne sicut amicitias diaboli fuge. Abeli⁹ est tibi habitate cum dracone mortifer: q; cum muliere comedere. q; quis sit mater vel soror tua. Abelin⁹ est habitare cum dracone: q; dormire cum aliquo: et cooperiri cum eo. q; quis sit tibi frater bz carnem. In vitiis patrum. Qui cum puero fatue loquitur: iam cuz eo me chatur. In vitiis patrum. Quum quidam frater iuisset ad quandam sororem suam que erat in monasterio: q; vellet eam visitare: rūdīc illa sanctimonialis. Sufficit tibi frater q; videamus nos in alia vita.

Item ibi. Monachus occurrit ancillis dei in itinere quodam. quibus visis diuertit extra viam. cui dixit abbatissa. si tu perfectus monachus esles: nō respes nos ut agnosceres: q; semine eramus. Item ibi. Beata Syncletica dixit. Nos qui religioni nos submisimus: castitatem summa debemus diligentia custodire. nam plures seculares videntur castitatem seruare: sed adest eis stultitia: dum per alios omnes sensus peccant. nam et aspiciunt indecenter: et rident inordinate: audiunt turpia et loquuntur: et cogitant feda. Lastus autem sensibus mortuus est. Alia occasio fornicationis in religiosis est otium et negligēcia: cui multum vacant. Pro nihilō habent tempus perdere in vanis locutionibus et vagationibus et in mio somno multi ex eis. et propter hoc cadunt in illud peccatum. Ezech. xvij. Hec fuit iniquitas Sodome sororis tue. superbia. saturitas panis. et abundātia. et otium ipsius. Ad hoc facit quod legitur et no. extra de renun. nisi cum pridem. q; verum. an gl. Juxta illud Quidij de remed. Otiū si tollas: periere cupidinis arcus. Queritur. Egistus quare sit factus adulter. In promptu causa est. desidiosus erat. Ad idem quod legitur et no. de conse. di. v. nunq; in gl. vlti. Unde et ibi dicit Hierony. Amis scientiā scripturarum: et carnis vitia non amabis. Aqua que nō monetur: generat vermes. et otium tentationes carnales. Plures fornicatores inueniuntur in cimitatibus. q; ibi magis vacatur otio: q; in castris vel vilis. q; ibi laborant hoīes. Qui confessiones audiūt sciūt hoc. Sominus autem nimius inimicus et emulus castitatis est. unde et ibi plerunq; contingūt religiosis pollutiones nocturne. de quibus. vj. dist. testamentum. Alia occasio luxurie in religiosis maxime est arrogantia et elatio et superbia. Utere enim hodie cōiter incomparabiliter arrogantiores sunt secularibus. Prouer. xvij. Contritionem precedit superbia: et ante ruinam. s. fornicationis exaltat spiritu. Et iterum Prouer. xvij. per alia verba. je est alia trāslatio. Immundus est apud deum omnis qui exaltat cor suū. de pe. di. ii. si. n. vltra medium. ver. nōne tibi vide tur. Unde Climacus in gradu. xv. de castitate ait. Laplus corporis ex elatione alta sapere est sepe. Humilit. n. deus cor altum per lapsum carnis. Unde in vitiis patrum legitur de quodam eremita: q; quum polleret virtutib⁹. cepit intra se inaniter gloriari. ad quem nocte venit diabolus in specie mulieris. et tetigit membra eremite singulatum. et quum latuſ inclinaret ut commiseretur cum ea: euannuit diabolus: et ipse fedatus remansit. et diabolus cum multitudine demonum deridens eum exclamauit. O monache qui te vsq; ad celos extollebas: quo demersus es in infernu disce. Qui se exaltat humiliabit. Luc. xij. et xvij. Mat. xxij. Ille vero se desperas omni se immundicie mancipavit. Item quiz vna virgo sancti monialis elata semel dixisset q; nollet q; esset Agdalena: quasi maius premium expectaret q; illa que fuit famosa meretrix. Luc. viij. j. q. viij. si quis cōem. illa nocte in fornicationem cecidit. Unde Jo. cassi. in coll. Theremonis de castitate sic ait. Quantu. n. q; in leuitate et patientia cordis tantum in corporis puritate proficiet. quantoq; longins propulerit iracundie passionē: tanto tenacius castitatem seruabit. q; beati mites: q; m̄ ipsi possidebunt terrā. Mat. v. seq corpora sua. ne. s. germinet eis spinas et tribulos. carnaliū. s. temptationuz et cogitationū. Gen. iiij. Nulla res

Otiū for  
niciatiōis  
occasio.

Arrogan  
tia.

res sic castitatem conseruat: sicut timere, et humile sapere. Alia occasio luxurie in religiosis est: qz recipiunt ephesios et impuberem et pueros ad religionem: et permittunt eos ad iniuicem conuersari: et cum alijs fratribus indistincte: ex qua familiaritate et receptione multa in ordinibus sunt flagitia subsecuta: et multa scandala suscitata, et multa infamia etiam apud seculares exorta: et multa apostasia, puenit: qz pauci postquam incarcerantur pro tali flagitio remanent in ordine confusi rubore. Et qz tales in ordine coiter non promouentur: nec ordo de eis confidit: consternantur mente et non contentantur de ordine: et ex hoc dant in communicationem pedes suos. Non. n. tales dolent qz deuiz et ordinem offendunt: sed quia hic suam gloriam perdidunt: et ideo raro contriti sunt: nec penitentiam dignam agunt: sicut expertus sui sepe in fratribus carentibus in ordine quem eos ad peuitentiam confortarem. Ad hoc de pe. di. i. quis aliquando: post causamensuram. Unde Jo. cass. in. ij. li. de canonico oratione modo ait. Summa namqz obseruatio custoditur ne quisqz cum alio ac precipue iuniores vel ad punctum temporis pariter substituisse aut uspiam recessisse vel manus suas iniucem tenuisse deprehendantur. Dantur etiam in ordine minoribz sub specie coitatis tante carnium et salernoz portiones pauperibus sicut et senibus. Plures ex religiosis senes et iuuenes plus comedunt de carnibus in religione: qz in seculo comedissent: et plus bibunt de vino: qz bibissent in mundo: et ideo coiter sunt carnales: qz quod natum, supple et nutritum, est ex carne caro est. Jo. ij. Qui chri sunt: crucifixi sunt se in carne. Non saturant se carne. Gal. v. Secundum carnem viventes moriuntur. Ro. viij. Unde merito contra tales dispensatores dicitur verbu[m] Hiero. Quid ardenti corpusculo ignem carnis: et per consequens libidinis adiungimus? De periculo familiaritatis iuuenum. s. proxime diti. Alia occasio immundicie in religiosis est conuersatio cum sanctimoniis. Habent. n. in monasteriis deuotas suas: cu[m] quibus se et sepius longe et logius absqz arbitris colloquuntur extorta potius a prelatis licentia qz obtenta ibi risus inconditi. ibi reciproci oculi, ibi verba scurilia et vana et carnalia: ibi tactus venerei: ibi corda igne estuantia. ibi omnes fenestre aperte ad mortem que ibi sunt. Hiero. ix. Alia in honestum est scribere: sed scelestissimum est facere: propter huiusmodi multi incarcerauti sunt: multi abierunt retroversi. Mittuntur ibi ad predicandum ex parte prelatorum: sed ipsi tales potius vadunt ad sic fornicandum. In coi ibi predicatori sed in speciali et cum speciali se et ordines vituperant. Quod in communi edificat talis predicator: in speciali destruit. Minuscula sibi dat et mitunt: et ignem succedunt. Quicquid misera talis impudica religiosa et die ac nocte laborauit: totum corruptori suo erogauit. Hec se talis eleemosynam fratris dedisse ego dicam eam immundicie pabulum prestitisse. Atque aliqua sanctimonialium sine deuoto carnali statvnde et primam fidem irritam facit christo. xxvij. q. j. he vero. Talem deuotionem ego appello corruptionem. Contra tales deuotiones frequenter in monasteriis predicauit, et eoz et earum odium incurrit. Sciant hoc abbatisse et earum prelati: et murmurant: sed non corrigit: qz indignatione eoz et earum timent: immo (qz est nefandius) specialem licentiam habent ab earum quibusdam prelatis proprie russianis earum de hinc deuotioibus: et quedam eorum non verecundantur inter alias: et derelictam se tenet que

talem suum deuotum immo corruptores non habet. Sciant hoc seculares et eoz parentes: et murmurant et scandalizantur et conqueruntur prelatis: et parlim proficit: quia ignis carnalis usqz ad consumptionem deuorans. Job. xxi. accensus est: et non potest extingui: quovsque veniat ignis qui deuorat tales qui in tanto et tam nefando ardente igne. ps. xx. Ponens eos ut clibanum ignis: qz in ordinibus maxime mendacium multi prelati qui deberent alios corrigere: sunt alijs subditis cum deuotionibus eoz mortis occasio et exemplum. xj. q. iii. precipue: et extra de vo. et vo. re. magne. Et addit hic quod no. s. eo. s. seminarum. versi. lxvij. in. c. xlj. Totum quod dictum est de ista pestifera deuotione quam habent religiosi cum sanctimonialibus: est contra mentem et verba canonum xxvij. q. c. ibi. Quanto magis vidue que dei religiositate mutauerunt: crimine adulterii notabantur si deuotionem quam sponte non coacte deo obtulerunt: libidinosa voluptate coruperint et. et in si. ca. Habentes damnationem: qz primam fidem irritam fecerunt. et. c. viduas. in si. ibi. Quia non solum qui sciunt: sed etiam qui consentiunt facientibus: rei iudicandi sunt. et. c. nec aliqua in princi. ibi. Etsi incorrupta inuenta fuerit virgo ea parte qua mulier potest esse poterit tamen ex alia parte. Iaia qz est pars corporis. s. 3. Hug. corporis peccasse: que corrupi potest: et tamen inspici non potest. xxvij. q. v. magis timeamus. et. c. seq. Lecture ipse concubitus non carnes sed complacentia et voluntate. ipse complexus. ipsa. confabulatio: et osculatio: et. j. Quantum dedecoris et criminis confitentur. et. j. Christus dominus et iudex noster quum virginem suam dicatam sibi et sanctitati sue destinatam iacere cu[m] altero cernit qz, id est quantuz indignat ei et irascit: et. c. et. j. Aut si cum eisdem in una domo et sub eodem teato et. c. nuptiaru bonum. ibi. Etiam si non nubat: nubere velle dannabile est: et ibi. Habentes quidem damnationem: qm primam fidem irritam fecerunt: et si non nubendo, tamen volendo. et ibi. Damnatur propositi fraus: damnatur fracta fides voti. et. j. Ut voluntas que a proposito cecidit appareat esse damnanda. xvij. q. ii. peruenit: vbi prohibentur mulieres ad monasteria accedere: et monacho commates facere. et. s. non solum: cum c. seq. vbi prohibetur qz non habitent in uno monasterio monachi et monache: adulterium enim intercipit cohabitatio si habeat adiutum monachus ad monacham vel monacha ad monachum secreto singulariter ad collocutionem. Non cunbet monachus in mulierum monasterio: nec cu[m] monacha singulariter conuiuetur. j. Horro si contigerit et aliquam propinquam suaz videre voluerit monachus: in presentia abbatisse huic confabuletur per modica et compendiosa verba: et in breui ab ea discendet. et. c. i. nullo. et. c. monasteria. et. c. in decima. ibi. Ea tamen circa monachos cautela seruata: vt remoti ab earum familiaritate nec usqz ad vestibulum habeant accessum familiare permisum. Sed neqz abbatem vel eum qui presicuit extra eam que presest loqui virginibus christi aliquid quod ad earum institutionem vel administrationem pertinet licebit: nec eum ea sola que presest frequenter eos loqui opz, sed sub testimonio duarum vel trium sororum: ita vt rara sit accessio et brevis omnino locutio. De prohibita et periculosa familiaritate mulierum. di. xxvij. hospitioli. et. c. presbyter. xxvij. dist. c. j. lxxij. dist. clericus. et. c. ca. nolumus. cum omnibus. c. usqz ad fin. distinctionis: extra de cohabcleri. et mul. c. j. et. j. et de vi. et hone. c. e. monasteria. Be-

circunstā  
tie gramo  
ra faien  
tes religio  
sorcelera

corruptionē mentis sine corruptionē corporis. xxij.  
q.v.magis.z.c.sicut.cum.ca.seq.vsq ad. q. quamvis.  
Hulta autem sunt que aggrauant peccatum immunitate in religiosis, maxime in sacris ordinibus constitutis. Primum est voti fractio. qz castitatem promisit religiosus in professione. xxvij.dist.diaconus.z ordinis susceptione. quam auferat deo quum forniciatur. que res irrecipensabilis est. qz omnis pōderatio non est digna anime continentis Eccl.xxvj.legit z no.extra de sta.mo.cum ad monasterium. q.f. Est etiam furtum. qz contrectat rem alienam. s. seipsum qui se deo totaliter dedit inquit dno. ex de elec. dndū. i. q.predictis. Committit etiam sacrilegiū de se. qz res oblata deo est ipse. xxij. q. iii. quid ergo. xxvij. q. j. s. i. ndū. Item scandalum z deriso pplici. ex de pur.ca.c.ii. ii. q.j. p̄sbyter z c. si mala. Itē quanto sapientior, tato magis peccat. xxvij. di. q.f. Et Greg. Ubi mai' donū scietie: trāsgressor maiori subiacet pene. Item qz est de familia dñi ad eius expēsas z vestes. ii. q.j. clericus. xx. di. cler. in prin. ps. liii. Si inimic' me' maledixisset mihi zc. facit. xcij. di. si inimicus. Itē qz decipiunt populū de cuius eleemosynis viuunt: z pro quibus tenent orare. sed quo orabūt in scelere dñi displices? Ad hoc. j. q. j. ipsi sacerdotes. ii. q. j. nulli. iii. q. vii. in granibus. Et Bern. Ue q ambulat in carne. z placere nō possunt: z placare dñi velle p̄sumunt. Ro. viii. Et qz si presbyteri sunt: adhuc offendunt amplius. xl. di. sacerdotes. j. q. j. sacerdotes. vii Ambri. Qui indigne christum sumit. idem est ac si interficiat. Et super illud Heb. x. Filii dei concil cauerit. Augu. Concilat christum qui libere peccat z absq timore: z qui eo indigne participat. Item quia minister dei est qui debet esse mundior. ps. c. Ambulāt in via immaculata hic mihi ministrabat. Et. j. Regū. ii. dicitur de Samuele q puer Samuel ministrabat domino accinctus ephod lineo. i. munditia castitatis. Augusti. Helius est spiritualia penitus omitti: qz indigne tractari vel tangi. In ecclesia sticis beneficijs dominus non frequentiam ministrorum: sed devotionem probat animorum. extra de eta. z qua. cum sit. in fi. xxij. distin. tales. Itē qz angeli vocantur. Malachi. ii. xliv. distin. sit rectoz. Immo maiores dignitatem habent presbyteri qz angeli: qui non possunt christi corpus confidere: nec habent ordinem talēm. Nec angelis dicitur: Quorum remiseritis peccata zc. Joan. vti. Mat. xvij. de peni. dist. j. quem penitet. Item quia vt deus noster in terra. ps. lxxij. z Joan. x. Ego dixi dñi estis. z Matth. xvi. ibi. Uos autem quem me esse dicitis? dicit interlinearis glos. Uos ab illis discreti non homines sed dñi. Unde in Ero. xxij. c. z extra de hereti. cum ex iniuncto. Bys non detrahes. glos. i. sacerdotibus. Et quale est hoc? quia ille amat vt porcus qui est vt deus. Item quia filius dei est singularius qz alii christiani. Narrat autem. Moyes causam diluij Ben. vi. xxxv. q. j. cum igitur z ibi notatum habes. 3. parte prima. c. xxvij. litera. F. Quia filii dei. i. de genere Seth qui successit Abel. filias hominum qui descenderunt de Læyn acceperunt. Quantu[m] ergo credendam est deo displicere: q filii dei peculiares scilicet religiosi cum filiabus hominum fornicant? Item quia ceteri religiosorum nobilior pars est spōle christi. scilicet ecclesie. vnde per faciem intelligitur Læyn. ii. Ostende mihi faciem tuam. Et ideo sponsus maxime displicerat macula in facie spōle. Unde iudei in faciem christi spuerunt: vt contumelia maior esset. Marc. xiii. Job. xxx. Esa. l. Sic chzo magnam contumeliam faciunt: qui faciez spōle: Ut quā abluenda faciem suam spōlis Judeor. opp̄sūt: māculant in se vel in alijs. Item committit apostasiam: quia rumpit promissam castitatem: de quo Prover. vi. Homo apostata vir inutilis. quia quicquid facit in claustro remanendo in immunditia non valet ei ad meritum vite eterne. Quantum placeat diabolo hoc peccatum in religiosis, patet per exemplum qd supra dixi dathan coronaante alijs demonem qui monachum instigauerat fornicari. ibi. idem narrat. cum versi. prece. Hoc etiam peccatum in sanctimonialibus non solum est fornicatio z religiosis: sed etiam adulterium z incestus et stuprum contra nām peccatum z sacrilegium: Adulterium quidem: quiaz ibi sit accessio ad sponsam christi. Unde beata Dagnē dicit. Ipsi sum desponsata cui angeli seruunt zc. Et si seruanda est pactio hoībus: quanto magis deo. xxvij. q. j. viduas z c. nec aliqua. ibi. Si superueniens maritus sponsam suam iacentem cum altero videat: nō ne indignatur z fremit: z per zeli dolorem portat gladium in manu sua: Et chz dñs z iudex noster quā virginem suam dicatam sibi z sanctitati sue destinatam facere cum altero cernit: qz indignatur z irascitur: zc. z. j. ibi. Que christi adultera est. z. c. si quis episcopus: ibi. Quia sponsam christi corripuit zc. hec vero. ibi. Nam si in ter hoīes solet bone fidei contracta nulla rōne dissolui: quanto magis ista pollicitatio qz cum deo pepigit: solui sine vindicta non debet: z. c. qz christo sp̄cialiter nubunt zc. z ibi. Que ante se immortali sposo coniunxerat. z. c. si qua monacharum ibi. ad lapsum adulterij deducta fuerit. z. c. nuptiaruz ibi. Ne ipse christus (quod sentire nefas est) adulterium faciat: cui viuente marito nubit. z ibi. Quum christus eis videatur quasi secundus marius: z ibi Sed plane non dubitauerim dicere lapsus z ruinas a castitate sanctiori que ponetur deo, adulterijs esse peiores. In tali etiam adulterio est proditio: sicut dicebat sancius Joseph de uxore dñi sui tentante eum ad peccatum. Gen. xxix. Quo possum facere hoc malum? Ita etiam est dilecta ista sponsa deo: q inclusit eam zelans eam: extra de sta. regu. periculoso. lib. vi. Unde ad hoc adulteriu[m] potest reduci. Prover. vi. Zelus z furor non parcat in die vindicte. Committitur etiam cum talibus incestus, qz cu[m] sponsa patris nostri que est nobis affinis. q. j. virginibus sacris. ibi. Incestu. xxv. q. iii. de incestis. c. nec eam. z. xxvij. q. i. S. cum erga. Christi incestus est consanguineorum vel affinium abusus: z etiam sanctimonialium. gincestus maior est adulterio. xxvij. q. vii. adulterij. Ad hoc potest etiam referri. j. ad Lor. v. Audis inter vos fornicatio. z talis fornicatio zc. Et gen. penult. Ruben effusus est zc. Committitur etiaz cu[m] talibus stuprum quod committitur cum virginī. vt pre. S. cum ergo. z legitur z no. extra de adul. c. ii. in glos. stupruz. Est etiam peccatum contra naturam. qz peccant cu[m] religiosis que mundo mortue sunt. xvij. quest. j. plazuit. Est etiam peccatum sacrilegij. quia religiosi z religiose sunt templa domino cōsecrata. xxvij. quest. j. suendum. xvij. q. iii. S. sacrilegium. xij. q. ii. c. ii. Qd prohibitum est in genere de familiaritate mulierum. in. iii. occasionibus seq. prohibet in specie. Dicebat frater Egidius laicus socius beati Francisci. Caro nostra est sicut porcus: qui audius currit in lntum z delectatur in luto esse. ii. Pet. ii. Sus lota in volvabro luti. de peni. dist. ii. sunt qui dicunt. Caro est sic

ut crebro qui super sterco se voluere delectatur. **Joh.** ii. Computuerunt iumenta in stercore suo. **GREGO.** Iumenta in stercore putrescere, est hoies carnales in carne vitaz finire. **CARO** est pugil diabolus. **Esa.** liij. Ego creau fabrum. i. diabolum sufflantem in igne. i. carnes prunas. s. temptationes. **BIXIT** frater quidam patri **Egidio.** Quomodo possum vincere virtus carnis? **RUDIT** ei. **QNI** vult transferre sara magna et magnas trabes: studet ea transferre ingenio magis qz viribus: et in hoc facto est similiter procedendu. **O** ne vitium ledit castitatem. **E**st enim sicut speculum clarum: quod per halitum solum obscuratur. **I**mpossibile est hominem venire in gratiam dei: dum in carnalibus delectatur qz fm. **PAULUS.** Qui in carne ambulant: deo placere non possunt. **Ro.** viii. Volute igit et reuolue desuper et desubter hinc et inde. et non est aliud nisi pugnare contra carnes: que vult te tradere nocte et die: qz qui vincit: omnes inimicos suos vincit, et venit in omne bonum. ad **Rom.** vii. **Q**uis me liberabit de corpore mortis huius. **xxvij. q. v.** si pauslus. **BICEBAT** aut: **E**go inter oes virtutes preelligeret castitatem sanctaz. **SIRIT** ei frater. Nonne maior virtus est charitas. i. **Lor.** xiiij. **RUDIT** **Egidius.** **E**t quid est castius charitate? **E**t frequenter canendo dicebat **O** sancta castitas: qualis es? **T**u es talis et tanta qualis et quantam te satui non cognoscunt: et sine qua nemo videbit deum. **Hebre.** vi. **Q**ue aut sit differenza inter virginitatem: pudicitiam, et castitatem. no. **xxvij. q. v.** in summa. **E**st etiam religiosis et alijs alia occasio fornicandi. s. aspectus mulierum. **Unde** **Gen.** iiiij. **V**idit mulier qz bonum esset lignum ad vescendum: et pulchrum oculis aspectuqz delectabile et c. **vbi** **GREGO.** et dixi. s. **N**on debemus intueri quod non licet concupisci. **Gen.** xxvij. **Q**uoniam vidisset **BINAZ** et c. et **Gen.** xxix. **I**niecit dnia oculos in **Joseph**. et i. **Regum.** xi. **V**idit **DAVID** **BERSABEE** et c. **E**t de **Judith**: legitur **Judith.** x. **S**tatum captus est in suis oculis **Holofernes.** **Eccle.** xvij. dicitur de muliere. **L**aquens est venator. **E**t **Proverb.** xxvij. Fouea profunda metretix. **Eccle.** ix. ne respicies mulierem multiuolam. **E**t ibidem. et **Job.** xxvij. **V**irginez non conspicias ne forte scandalizeris in decoro illius. **E**t ibidem **Eccle.** ix. Auerte faciem tuam a muliere compta: et ne circuспias speciem alienam. **P**ropter speciem mulieris multi perierunt. **E**t ibi. Speciem mulieris alienae multi admirati reprobri facti sunt. **Thren.** iii. **O**culus meus deprecatus est animam meam et c. **M**ulieres differentias rerum ostendit visus qz ceteri sensus: vide quod legitur et not. de conse. distin. iiiij. venisti in glo. i. quod audieris. et iij. q. ix. testes in glo. i. aliquo. **Unde** ministrat materiam temptationis et quantuqz ad concupiscentiam carnis, et quantum ad concupiscentiam oculoz, et quantuqz ad superbiam vite: que tria regnat in hoc mundo. i. **Jo.** ii. **Unde** philosophus. **T**otius hominis est libertas oculos perdidisse. **Unde** super illud **Mat.** vij. **Q**uid vides festucam et glo. **O**culus qui post culpam in paradyso est referatus: mores videt: non unde proficiat, sed unde in deterius cadat. **Job.** xxvij. in princi. **D**epigi fedus cum oculis meis: ne cogitarem quidem de virgine. **Unde** **GREGO.** Ne minus caute respiceret, qz post inuitus amaret. lingua aliquoties cessat loqui: sed oculi non cessant respiceret. iij. **D**etr. ii. **O**culos plenos habentes adulterio. **Quod** proprius locum habet in religiosis loquentibz cum suis deuotis sanctimonialibus non christi. **E**t nihil oculo nequius. **Eccle.** xxvij. **Unde** et legitur quidam

philosophi sibi oculos eruisse. **E**t Augu. de fide christiana, et est. xxvij. q. v. nec solo. **N**ec solo affectu et tactu: sed aspectu quoqz appetit et appetitur concupiscentia feminaru. **N**ec dicatis vos animos habere pudicos: si habeatis oculos impudicos, qz impudicus oculus impudici cordis est nuncius, et quum se sibi inueni etiam tacente lingua conspectu mutuo corda mutantur impudica: et fm concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore: etiam intactis ab immunda violatione corporibus: fugit castitas ipsa de moribus. **A**d idem. e. q. c. sicut. et c. qui viderit. **A**lia occasio fornicationis religiosis et alijs est colloquium mulierum. ex eo qz verba earum rete sunt. **Prover.** vij. loquitur de muliere. **I**rreruit euz multis sermonibus. **E**t colloquium eaurum ignis est. **Eccle.** ix. **C**olloquiuз enim illius quasi ignis exardescit, et gladio comparatur. **P**rover. v. ibi. **L**abia meretricis. et j. et acuta qz gladius biceps. **C**antis etiaz earum et cho: eizare cu eis periculum est et incitamentum libidinis. **Eccle.** ix. **C**um saltatrice ne sis assiduus. **xxvij. q. iiiij. vnusqz Eccl. ij. **F**eci mihi cantores et cantatrices. **U**bi dicit magister **HUGO** de sancto victore. **O** infelix: nūquid his delectationibus queres sapientiam quam quere re proposuisti? **E**rius videbaris a vanitate: quomo do cantico reuersus es: nisi quia in circuitu cum impijs ambulasti: et in voluptate tua semita tua et captiuus factus es vanitatis. **Esa.** xiiij. **R**espondebunt tibi vnde. vbi dicit gl. **U**lule sunt magnitudinis coruine: que rostro in palude firo horrende strident. **T**ales sunt mulieres que in choreis clamorem horrendum emittunt: dum cantica ad immundiciam incitantam canunt. **Q**uicquid in choreis fit: totum ad immundiciam irritat. **N**am et tactus manuum recusprocus, et oculorum aspectus, et auditus immundus, et odor carnalis, et saltus petulc laquei mortis sunt. et de talibus ortur idolatria. **Ero.** xxvij. **S**edit populus manducare. et ibi. **S**urrexerunt ludere. i. choreizare. et ibi. **U**titulum acorauerunt. **Unde** et dicitur ibi. **V**ocem cantantium ego audio. et sequitur. **E**t vicit vitulum et choros. et ibi. **C**orrumpuntur etiam boni mores per colloquia prava. i. ad **Corin.** xv. **A**lis occasio immunditie in eis et in alijs est tactus impudicus in se et in mulieribus et in masculis. **Eccle.** ix. **C**uz aliena muliere non sedeas omnino: nec accumbas cu ea super cubitum. **E**t **Eccle.** xxi. **Q**ui tenet illa: quasi qui apprehendit scorpionem. **E**t **Eccle.** vij. **V**incula sunt manus eius. **Prover.** vij. **N**ūquid potest homo ignem abscondere. **Hiero.** **Q**ui tangit carnem mulieris: non evadet sine periculo anime sue. **A**d hoc facit exempluz **F**undane ciuitatis episcopi Andree quod supra posui. **E**t de presbytero greco. et de sancto patre non tangente matrem. **Eccle.** viij. **Q**ui tetigerit picez: coquinabitur ab ea. **Unde** legitur de quodam patre qz quum percussisset in natibus diabolus apparente sibi in forma mulieris: qz ex tunc manus eius cōputruit intolerabiliter per tres annos. **T**anta esse posset delectatio cum consensu in tactu: etiam in tactu manus mulieris vel iunioris: qz ibi esset mortale peccatum. ita est periculosus sensus tactus. quez frater Jacobus benedicti leonis vocabat. **Unde** non est tutu maxime iuuenibus religiosis tradere manus deosculandas mulieribus. maxime iuuenibus vel adolescētulis. nec tenere manus complicatas cum manibus eorum. quia totum corpus earum et eorum ignis est. cui debet dici a sapiente castissimo. **H**oli me tangere. sicut patet in exemplo supra posito de beato Lodo-**

**Colloquz**  
muliebre.

**Tactus** is  
pudicus.

co; qui matrem noluit deosculari. ad hoc. xxxij. disti. hospitiolum. vbi dicit Hiero. Si bonum est mulierez non tangere: ergo maluz est tangere. z. xxxij. q. v. nec solo. De tactibz impudicis in se tetigi. s. in ista. iij. parte. in expositione threnorum. in. iij. c. in. S. plura ergo. ver. est autem. cum. ver. se. Alia occasio est videre vel sentire alios pariter comiseri. quia ex hoc incitatis natura corrupta ad libidinem. Unde concilium toletanum. Proclavis est ad voluptatem et imitatrix: hatu ra virtiorum. xxx. q. iij. c. iij. Non expedit castis habita re cum coniugatis. Pro omnibus istis corruptionibus mentalibus et sensibus dicebat sanctus Basili. Mulierem non cognoui: et virgo non sum. quia vera pudicitia non soluz est in corpore: sed in animo potius et sensibus. xxxij. q. v. per prima. xvij. c.

De vitio ambitionis religiosorum aliquorum et aliorum.  
Cap. 74.



Religio  
soror am-  
bitio.

Expeditis praevaricationibus aliquorum religiosorum in tribus substantialibus que promittunt scilicet in paupertate, obedientia, et castitate. et hec plenissime pro eorum salute. ad alia eorum virtutia etiam in quibus hodie participant cuiz alijs huiusmodi hominibus accedamus. Unde et eorum aliud virtuosum communiter est ambitio. Nam isto carnali tempore religiosi quida magis sunt ambitionis ad scientiam honores et gloriari mundi: qz alijs seculares. Nam et per se et per amicos consanguineos suos intus et extra ordinem honores et studia (vt presint) procurant: et precibus et encenjs et frequenter minis et terroribus et malitijs et cavillationibus. Nam et communiter ad nullum alium finem student multi ex eis (sicut experientia manifestat) nisi vt possint fratribus dominari: et in ordine et extra ordinem exaltari. Unde nec communiter vacat studio diligenter: et ceteri parum sciunt. quia non diligunt scientias: que est dominum spiritu sancti. Esa. xj. propter eius fines debitum. vt denz melius cognoscant: et ei seruunt et proximo. sed vt ex ea potius apparent qz existenti honores et exemptiones et diuitias consequantur. sicut oculante videb. Magnitudo huius peccati ambitionis cognoscitur per penas pro eo infictas. Chore enim cum multis levitis de maioribus igne diuini succesi sunt quia sacerdotium rapere voluerunt. Num. xvi. viij. q. i. deniqz. Itz Bathan et Abiron: quia inuiderunt Moysi de ducatu: terra absorbut. sicut ibidem legitur. et ex de elec. licet. Item Ozia rex lepra percussus est: quia sacerdotium occupare voluit. iij. Reg. xv. et iij. Paral. xxvi. iij. q. viij. S. item cuiz Balaam ver. sicut ergo. Et propter hoc committitur simonia. Omnis enim ambitionis in simoniā tendit. iij. Machab. iij. Ambiebat Jason frater Onie summum sacerdotium adito rege promittens argenti talenta trecenta octoginta et. Itstud fuit peccatum primum luciferi ambitionis sedem equalem deo. Esa. viiiij. de pe. di. iij. principium. cum. S. prece. Ber. Quantu visqz hodie seda sequuntur vestigia? immo qz pauci euadunt quibus libido dominandi non dominetur quam sequimini miseri? Nonne iste est mons in quem ascendit angelus: et factus est diabolus? Itz Bern. Ambitio subtile malum. secretus virus. pestis occulta. dolis artifex mater hypocrisis. liuoris parens. vitiorum origo. cri-

nium somes. virtutum ergo. tinea sanctitatis. cor diu occecatrix. ex remedis morbos creans. Hoc pecatum dissuadet apostolus ad Hebre. v. Nec quisqz (inquit) sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tangz Aaron. viij. quest. i. in scripturis. extra de elect. qualiter. Sic vocatus Nicolaus. sic sanctus Ambrosius. sic sanctus Seuerus. lxj. dist. S. his omnibus. sic Athanas. Actuum. i. xvij. quest. h. non exemplo. sic Ioseph Ioseph. pri. viij. quest. pri. Moyses. Quoniam etiam quos canonica electio et concors vocat: deus vocare presumitur. viij. quest. pri. licet ergo. pri. quest. pri. ordinationes. cap. si quis negz. Sed hodie canonica electio facta est diabolica. Plures enim sunt in ecclesia qui eliguntur a diabolo: qz a deo. et qui non per gratiam dei: sed per gratiam hominuz electi sunt permittente deo. pri. quest. pri. si quis negz. t. c. nullus itaqz. viij. quest. pri. audacter. Unde non deberent tales prelati ponere in literis suis. gratia dei. sed gratia hominum et dei furoris electos. Osee. xij. Dabo tibi reges in furore. Spiritus mendax ascendit in cor elatum et altum. iij. Regum. xij. et dicit. Ascend in Ramoth galaad. Ramoth interpretat excelsum signum. et significat dignitatem. cuius appetitus est certi signum reprobationis. quia secundum Gregor. quicunqz desiderauerit primaturam in terra: inueniet confusionem in celo. Nec inter seruos christi computabitur: qui de primatu tractauerit. xl. dist. quicunqz alias est sub c. multi. Galaad interpretatur transmigrantes testes. quia ibi fit transmigratio de bonitate in iniquitatem. Psals. x. Transmigratio in montem sicut passer. quia honores potius de tegunt secundum Archid. qz mutant mores. sicut patet in Saule ante regnum humili. post superbo. pri. Regum. xv. Greg. Superbus toties ad culpam apostasie dilabitur: quoties preesse hominibus delectatur. Chry. O prelate: tanto igitur submittis capit oneri. Sed quem contigerit saluari de ihs qui principiantur in tantis ruinis et tanta pigritia: video tamen currentes et sponte se proficientes in pericula. Num. xxv. Zolle cunctos principes populi: et suspende eos contra solem. vbi Greg. Hec si homines cogitarent: principatus non ambirent. sufficit enim pro peccatis proprijs argui et reddere rationem. quid necesse est pro peccatis populi ostentari contra solem? Fugit christus in montem quam vellent eum facere regem. Joan. vi. Grego. Rex fieri noluit: ad crucis vero patibulum sponte venit. Oblatam gloriam culminis fugit. penam probrofus mortis appetit. vt membra eius discenter fauores mundi fugeret: errores minime timere. Contra ambitiones. pri. quest. pri. principatus. et cap. nullus itaqz. vbi de hoc. et quest. vij. cap. vlti. vbi de hoc: et quest. vij. sancimus. lxj. distinc. miramur. viij. quest. pri. in scripturis. et cap. qui episcopatum extra de prebend. quia instantum. extra de rescip. quia per ambitionem lib. vij. de elec. auaricie. in princip. lib. vij. et cap. quezundam. quod cap. expresse loquitur de ambitione religiosorum. Lito me de hoc vitio expediri: quia que hic de hoc scripsi et plura alia pertractauit supra in prima parte. S. cum vero ecclesia. per. habet cupidio glorie. in c. lxiij. Itz in ista secunda parte in. iij. capit. Threnorum. in. S. quomo do. verific. iuxta tropologiam. in ca pi. quinto. De quinqz

Be quinq; nobis imitandis in formica. Cap. 75.



Accidia

Cultum aliud vitium religiosorum nostri temporis propriū accidia est. que definitur a Basmeno; afflictio sine tristitia aggrauans. Et hec est infirmitas religiosorum quoniam qui de signata sunt in Belia. de quo dicitur. iii. Reg. ix. qd quaz fuge ret a facie Iezabel: in deserto proiecit se ad vmbraz sumperi: et petij anime sue vt moreretur tedio affectus. Secundum Joan. cast. in lib. de accidia. Accidia dicitur tedium vel anxietas cordis. Cōtra tales acidiosos sunt exempla de sole peragente continuo cursum suum ab oriente in occidentem: qui remunerationem quasi sui laboris non expectat. Eccl. i. Dicitur et occidit sol. Augu. Indecens est christiano si radius solis eum in lecto inueniat. Posset enim dicere sol si loqui poset: Amplius laboravi qd tu: et tanien ī surrexi: et tu adhuc dormis. De herbis cressentibus: que impedimentum habent caloris et frigoris. Mat. vij. considerate lilia rc. Item de formica. Proverb. vi. Vade ad formicam o piger. Ubi quinq; notabilia et exemplaria sunt de ea. s. qd a puro animali docetur homo. c. xxiiij. q. iij. si habes. Secundum qd per multos cursus et discursus querit cibum suum: et homo est remissus in querendo cibo aise sue: et corporis etiaz frequenter. contra quos ps. cxvij. Eunt ibant et flebant mittentes semina sua. Eccl. xj. Mana semina semen tuum: et vespere non cesset manus tua. Tertium. qd non habet ducem quem sequatur: et qui puniat negligentiam eius. homo vero habet. vj. q. i. scilicet. Quartum est. qd purum granum eligit. et homo spurcus. Proverb. xvij. Os stultorum dissimile erit. Quintus. qd formica adeo se onerat qd minor videtur suo onere: et homo vix pro anima paru laborare potest. qui si vellet: multo plus posset facere qd eredat. ad hoc. xlviij. di. oēs huius seculi. Item de ape cum tanta solitudine aluearia fabricante. de conse. di. v. nunq;. Item labor agricultorum. mercatorum. artificum. militum. nautarum. qui tot labores pro corporibus perferunt. et tamen pro regno celesti vix modicum possimus laborare. pcc. c. oēs. Aug. O si possemus excitare homines: et cum ipsis pariter excitari: vt tales essemus amatores vite permanentis: quales sunt homines vite fugientis. Quidam patrum videns meretricem ornataz: ait. Ignosce mihi omnipotēs deus: quia meretricis huius ornatus pro mūdo superauit totius vite mee industrie ornamenta. Abbas Hambo videns alia meretricem in Alexandria: fleuit. et ait querentibus quare fleret. Due sunt cause. una de perditione illius anime. alia. qd non habeo tale studiu placendi deo: quale habet ista vt placeat hominibus. Item exempla sanctorum. David ait. ps. lxxv. Pauper sum ego: et in laboribus a iuuentute mea. Prover. vlti. Pas nem otiosa non comedit. Exemplum de christo Jo. iij. Fatigatus ex itinere rc. Ber. Quandiu vixerit: memor ero laborum quos christus sustinuit in predicando. fatigationum in discurrendo. Luce. viij. testationum in ieiunando. Mat. iij. et Luc. iij. vigilia ruz in orando. Mat. xij. et xiiij. et Luc. vj. lachrymarum in compatiendo. Luce. xij. Recordabor etiam dolorum. conuiciorum. sputorum. colaphorum. Mat. xxvj. subfannationum. exprobationum. clauorum,

et similiū. alioquin requiretur a me sanguis iustus qui effusus est super terram. Unde et dicebat ps. ix. Tu solus laborem et dolorem consideras. Job. v. Homo nascitur ad laborem. vbi Ber. Homo ad labore natu si laborem refugit: nec facit ad quod natu est: ad quod venit in mundum: quid respondebit ei qui misit eum: qui instituit ut laboret? Contra non laborantes. ps. lxxij. In labore hominū non sunt. vbi Bern. Sint necesse est in labore demonum. qui in labore hominum non fuerunt. de pe. di. i. serpens. Requisitus Arsenius in quo consideret. respondit. in eo quod homines fugiunt aliquādiu tacui: fleui: potissime in hoc gaudeo: quia manibus laborauit cuz Paulo Ephe. iiiij. de cons. di. v. nunq;. De nostra dñā legit Luce. i. abiit in montana cū festinatione Ben. xvij. Festinavit Ab. aaz rc. Orig. Senex currit: Sara acelerat. puer festinat. nullus piger innenitur in domo sapientis. Et christus zacheo. Luc. xij. Festinans de scende. Hiero. super illud Ezechiel. xvij. Hec fuit iniq; tas sodome et. Semper inquit aliquid est faciendū ne ager nostri pectoris manu cessante malaruz cogitationum sentibus occupetur. Eccl. viij. Non oderis laboriosa opera. Rutilatio a deo data fuit quando Ade dixit Ben. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. vel qd positus fuit in paradisum vt opera retur. Ben. ii. Eccl. ix. Quodcumq; potest manu tua instant: er operare et. iij. Thessa. iij. Si quis non vult operari: non manducet. iij. ad Timo. iij. In oībus labora. Galat. vij. Bonum facientes non deficiamus. Apoc. iiij. Utinaz esses frigidus aut calidus. sed quia tepidus es rc. vbi dicit interlinearis gl. qd maior spes est de frigidis qd de tepidis: quia tepidi quādā fiduciā et securitate accipiunt de eo qd aliquid boni agūt et ideo se non corrigit sicut in religiosis appetit: qd cōter postq; sunt tepefacti: sunt incorrigibiles. quia tenent se et reputant. Sed tales enomunt ab ore dei: qd in deteriora precipitantur: vel impenitentes moriuntur. Be hoc per Joan. casti. coll. iij. Danielis de hoc. i. e. S. ver. contra istā. Be hac tepiditate dicit Hiero. Sola est que solet deo vomitum prouocare. Luc. xij. de fculnea nō reddente fructum dicitur. Succide illam. Mat. xxv. Tollite ab eo. s. pigro talētū rc. Mat. iij. et. vij. Luc. iij. Omnis arbor que non facit fructum: succidetur et in ignem mittetur. extra de ci. quāuis. Rabanus. Si sterilitas in igne mittetur rapacitas quid meretur? Job. xl. Circundant eum salices de torrente. i. infructuosi faciunt vmbra dia bolo: sub qua requiescit. Jud. i. de Adonibezech qui amputauit. lxx. regibus manuum et pedum summitates. Adonibezech qui dicitur dñs nutas vel dñs fulgurans: vel dñs egestatis vel vani contēptus: est diabolus qui amputat hominibus (qd se deberēt regere) summitates pedum et manuum: vt laborare non possint. In domum vacantem intrat diabolus cum septē spiritibus nequioribus sc. Mat. xij. Luc. xij. Job. xxvj. Qui extendit aquilonem s. diabolum super vacuum. i. cor otiosum vacuū bono. et dormit in secreto thalami id est hominis otiosi vani et infrustiferi Job. xl. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo estate: et non dabatur ei. et Prover. x. Egestate operata est manus remissa rc. Et. xxvij. Qui operatur terram suam: saturabit pas nibus. Qui sectatur otium: replebit egestate. et. xxvij. Usq; quo piger dormis: et usq; quo de somno consurges? Parum inquam dormies. modicum dormitis paupillum manus cōseres et quiescas: et veniet

tibi quasi cursor egestas tua, et mendicitas quasi vir armatus. Et loquitur de egestate et mendicitate perpetua gehennali, in qua tales acidosi famem patiuntur ut canes sunt David, ps. lviij. Job, xviiij. Attenuet fame robur eius: inedia inquadat costas eius. Proverbi, xxij. Per agrum hominis pigri transitui: et ecce totum repleuerant virtice tentationes scilicet carnales pungentes. Eccl. x. In pigrithis humiliabitur contingatio, contignatio est lignorum coniunctio quod sit in inferiori parte tecti, quam piger ex pigritia permittit humiliari et destrui. Hoc est proprium pigeri: non subuenire periculis in tempore opportuno. Eccl. xxij. In lapide luteo lapidatus est piger, et omnes loquuntur super aspernationem illius. Beato stercore boui lapidatus est piger, et omnis qui tetigerit eum: executiet manus. Desideria occidunt pigerum. Proverb. xxij. quod acidosus affligitur spirituali paralyssi: designatus per puerum paralyticum iacentem in domo centurionis, qui male torquebat: quod quiscedo torqueatur, sed qui torquebat laborando: bene torqueatur, quod utiliter. Mat. viij. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue. spinas et tribulos germinabit tibi. Bernar. Hec est maledictio Ade: ut in terra laboris nostri et in agro cordis et corporis nostri noxia et inutilia grauitudo passimque proueniant, utilia vero et necessaria cum labore. Si spiritus remissus fuerit: caro quod aduersus spiritum concupiscit: quotidie aliquid super ipsum apponit. Proverbi, xij. Adam remissa tributis seruinet manus fortium dominabitur. Ib:dem. Qui operatur terram suam: satiabitur panibus: qui autem sectatur otium sultissimus est. Lasi, ij. Tempus putations aduenit. Bern. Quis ita ad vnguez oculum a se superflua resecavit: ut nihil se habere putet putatione dignum? Credite mihi et putata repullulant: et effugata redentur: et reaccenduntur extincta: et excitantur sopita. Num est ergo semel putasse, sepe putandum est, immo si fieri posset, semper quia semper quod putari oporteat: si non dissimulas: inuenis. Quantumlibet in corpore manens profaceris erras: si visita credas emortua et non magis oppressa. Uelis nos inter fines tuos habitat Iebuseus, id est conciliatio, xij. q. iii. nolite. Judi, i. Subingari potest: sed non exterminari. Unde in tanto discrimine consilii est: obseruare diligenter: et mox ut renascentium vitiorum capita apparebunt: prompta severitate abscondere, quod sine ingenti labore non fit. Mat. xxv. dicitur de pigo. Zollite ab eo talentum. Luc. xix. Auferte ab illo scilicet pigo misericordiam et c. Jo. xij. Quo diligit me et c. Greg. Num est amor dei otiosus, operatur enim magna si est, si autem operari renuit: amor non est. Beatha nedium priuat gratia: sed et fructu, gloria. Bern. Cuius me priuares amara mors vita: quod fructu gratia, nam vita sine fructu mors. Deinde duplex malum paratur ligno infructuoso securis et ignis. Mat. iiij. et Luc. iiij. Regnum celorum vim patitur. Mat. xij. vbi glos. Grandis violentia est in terra nostra, et celum rapere et habere per virtutem, quod per naturam non possumus. Gregorius. Nemo in hoc vite itinere torpeat: ne in patria locum perdat. Id est, Justus ne celestia perdat, cauet: et ne inanis ab opere dies eat. Acidosus tempus perdit quod preciosum est. Bern. Non parum estimes tempus quod in sanctis vel dictis otiosis expenditur, volat enim verbum irrevocabile, volat tempus irremediabile, nec auerget insipiens quid amittat. Idem nihil preciosius

tempore, sed heu nihil vilius hodie reputatur. Id est, Tempus tibi impensum requiretur qualiter sit expensum, et sicut capillus non perit de capite: ita nec momentum peribit de tempore. ps. lxxij. Quoniam accepero tempus: ego iusticias iudicabo et c. Thre. pri. Vocauit aduersum me tempus. Joa. cass. in. x. lib. de acidia. ait. Acidia affinis est tristitia: ac solitariis magis experta infestior hostis ac frequens: maxime circa horam nonam monachum inquietans, ut quedam febris ingruens tempore prestito ardentissimos estus accessionum suarum solitis ac statutis horis quem inferens egrotanti. Et denique nonnulli leni hunc esse pronunciant meridianum demone, ps. xc. A de monio meridiano, qui quoniam miserabilem obfederit mentem: horozem loci, celle fastidiu, fratrum quoque qui cum eo vel eminua commorantur tanquam negligientium ac minus spiritualium aspernationem ignorat atque contemptum. Ad omne quoque opus facit desiderem atque inertem. Non enim in cellula residere: non operam sinit impendere lectioni, nihilque se proficeret sine tempore in ea commorans crebrus ingemiscit. nec habere se fructum aliquem spiritualium, donec fuerit illi consortio copulatus queritur atque suspirat, et ab omni se dolet spirituali questu inanem in loco vacuumque consistere: utpote qui quoniam possit alios regere: nullum edificat, abentia longaque posita monasteria loca etiam illa magis ad profectum utilia describit consortia quoque fratrum ibi suavia et plena consolatione spirituali. Depingit e contrario uniuersa que habentur prius manibus aspera, et non solum edificationem nullam esse in fratribus qui morantur in loco: sed nec ipsum quidem vicum corporis absque ingenti labore conqueri postremo non posse in eo loco durantem deinde lassitudinem in corporis cibisque esuriem quinta sextaque hora tantam suscitat: ut velut longo itinere grauissimoque labore confessus sibimet lassusque videatur. Tum preterea hic illuc anxius circumspectat, et fratrem sibi quempiam aduenire suspirat, sepiusque ingreditur et egreditur celum, ac solez velut ad occasum tardius properantez crebrus intuetur. Et ita quadam irrationali mentis confusione velut tetra repletur caligine, omnique actu spirituali redditur otiosus ac vacuus, ut nulla re alia tante oppugnationis remedium quam visitatione fratris cuiuspiam seu somni solius beneficio posse existimat inueniri. Deinde honestas idem modulus ac necessarias suggerit salutationes fratribus exhibendas visitationes infirmorum vel eminus vel longius positorum peregrinationes etiam sanctorum suggesterit, et ibi multas indulgentias obtineri. Quedam etiam pisa suggesterit officia, parentes debere inquiri: et ad salutandum eos crebrus properari. Be hoc vitio David, ps. cxvij. Dormitquit anima mea pretedio, i. pre acidia proprie salutis. Non corpus dixit sed animam dormitasse, vere enim ab omni contemplatione virtutum et intuitu spiritualium sensuum dormitat anima mea: quod perturbationis huius telo fuerit sauciata. Contra hunc morbum Apostolus ad Thessalon. i. epistola, iiiij. c. Rogamus autem vos fratres ut abundetis magis: et operam detis ut quieti sitis: et ut vestrum negotium agatis: et operemini manibz vestris sicut precipimus vobis: et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: et nullius aliquid desideretis. Que verba contra acidosos exponit utiliter Jo. cass. in predicto, vitio de acidia et predicto loco, et posui latius supra in hac parte in S. ex quo sponsa, ver. Item idem in x. lib. in. c. j.

Hec est autem apud Egyptum ab antiquis patrib<sup>o</sup> sancita sententia operantem monachū de monstre uno pulsari: otiosum vero innumeris spiritibus infestari. Nullus acidia est lassitudo anime qui tentationibus fortiter nō resistit. Quod enim est esca in corpore sazno. hoc tentatio in fortissima anima. Hubes sine aqua ventus prosequitur, et mens patientiam non habet a spiritu acidie dissipatur. Spirit<sup>o</sup> acidie expellit monachum de loco suo. qui autem habet tolerantiam: cum silentio degit. Semper infirmorum visitationē immittit acidia. patiens autem contentus est proposito suo. Acidiosus monachus in ministerio velox mandatum reputat satisfactionem suam. Circuitur monachus quasi frigore in solitudine modicum nō quievit. et rursus fertur. et non faciet fructū virtutis. Oculus monachi otiosi semper attendit ad ostium. et mens eius aduentum visitantium meditat. Stridore ianua decit: et ille protinus exiluit. vocez audiuit et per fenestram aspergit. Acidiosus lectitans se prius oscitatur: et in somnum demergitur: facile confricat aciem: et manus extendit. et oculos auertens a codice. parietem intuetur. et rursum rediens incipit paululum legere. et aperiens ultimam partem libri verborū curiosus existit: et numerat quaterniones: supputat versus. postremo complicans librum capiti suo supponit. Ordina tibimet ipsi in omni tempore mensuram: et nec primū abscedas: donec summaueris illud. et ora lugiter profunde ac fortiter. et spiritus acidie effugabitur abs te. Climacus in gradu. xiiij. de acidia. Acidia est anime remissio. et resolutionis. pusillanimitas excitationis. odium professionis. mundanorum beatificatrix. dei quasi iniuriosi et sine benignitate detractrix. in psalmodia affirmans. in oratione ferrea. in operatione manuum importune pigra. in obedientia improba. Medicus mane visitat infirmantes. et acidia exercitatores circa medium diem. In oratione stantibus necessaria negocia reducit ad memoriam. non presente psalmodia acidia non appetit. et finito canone aperti sunt oculi. In tempore acidie apparent violeti: qui inde sibi inferunt et rapiunt celum. Mat. xj. nihil enim aliud ita sicut acidia coronas consiliat. In vitis patrum legitur q̄ quodam tempore abbas Antonius dum relediceret in eremo: spiritu tentatus acidie. cogitationibusq; diversis implicatus. dicebat ad diūm. Domine saluari desidero: sed cogitationes varie non permittunt. Et post paululum surgens quedam sibi similem suspicit torquentem funiculum et surgentem et orantez. Erat enim angelus ad emendationē Antonij destinatus. a quo sermonem audiuīt. Et tu ita faciens Antoni saluaberis. Item quidam frater regnauit Achillam dicens. Nulla opera facio monachū: sed in negligentia constitutus comedo. bibo. dormio. Qui senex dixit. Curre et sede in cella tua. et quod potes fac sine perturbatione animi. et confide in deum: quoniam qui sedet in cella propter deum inuenitur in loco ubi est sanctus Antonius. Tentato fratri de acidia volenti de cella recedere et infirmos visitare quia non poterat ieiunare: ait Arsenius. Vade manduca et bibe et dormi: et ne opereris. tammodo pedem tuum extra cellā non efferas. continentia enim celle monachum ad ordinem solet honorum vite deducere. Alter requisivit abbatem Achillam dicens. Cur sedens in cellam meam patior acidiam: cui senex. Quia needum vidisti requiem quaz speramus: neq; tormenta que timemus. si enim ea diligenter

inspiceres: etiam si veribus esset plena cella tua usq; ad collum: tu tamē in ipsis latens permaneres sine acidia. Dixit quidam senex. Ideo non profici mus: quia mensuras proprias ignoramus. nec habemus patientiam in opere quod incipimus: sed sine labore volum<sup>o</sup> adipisci virtutem de loco in locū. acidia tui bante transimus sperantes quia inueniesmus locuz ubi non est diabolus. Serapion in collatio. de. viij. viii. Acidie genera sunt duo. Unum qd ad somnum precipitat evanescentes. Aliud quod celaz deserere ac fugere coaretat. Circa acidiaz religioso rum multiplex malum inuenitur: Unum est q; quā ipsi sint quasi continue in colloquio cum deo: tamē oculos cordis non aperiunt: nec vident: nec audiunt quid deus eis loquitur: vel ipsi deo. Greg. Quā oramus: cum deo loquimur. Quā vero legimus: loquitur nobis deus. Item aliud. q; non proficiunt in ihs que religionis sunt. immo quanto diutius in religione sunt: tāto magis dissoluti sunt. quod valde miserabile et verecundum est. sicut in scholis esse et non ad discere. xij. q. ii. socrates. sub cap. gloria. Itēz aliud quā sint in statu in quo non solum currere sed et volare deberent: sicut viri contemplati. de quib<sup>o</sup> Esa. lx. Qui sunt isti qui ut nubes volant? Digni tamen et tardi inueniuntur: eriam illi qui strenui erant in seculo. Unde super illud. ps. xvij. Exultauit ut gigas ad currēdam viam. scilicet christus. Bern. Currentem non apprehendit: quia et ipse pariter non cūcurrit. Item aliud q; in loco ubi maior est conflictus: securi et somnolenti efficiunt. In maiori cōflictu sunt claustrales q; alij. et plus gaudet diabolus. q; claustralitangit mulierem mala intentione: q; de adulterio hominis secularis. c. xl. dist. homo. vide qd no. xxvij. q. ii. inuēta. et quod legitur et no. xxxij. q. v. qui viderit. Unde non deberent claustrales esse securi. q; cum timore et tremore salutem suam operari. In eis enim dicit Apostolus ad Ephe. vij. Non est nobis collectatio. s. religiosis. aduersus carnem et sanguinem subaudi tantū. sed aduersus principes et potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum etc. Item aliud q; volunt esse otiosi ubi nō est locū otii. s. in agone et cursu. j. ad Lorin. ix. Species acidie. xvij. sunt: tepiditas. mollities. somnolentia. otiositas. dilatio. tarditas. negligētia. imperseuerantia. remissio. dissolutio. penuria. ignavia. indeuotio. tristitia. et diuinā vite. desperatio. Tepiditas est parvus amor boni. que videtur esse radix ī peccato acidie: et origo ceterorum que enumerata sunt. Inde accedit q; homo fortis et sapiens non facit decimam partēz penitentie quaz facit vna vetula pauper simplex. hoc est propter parvum desiderium boni. Bern. Ideo mulier non possumus: quia multa nolumus. Itēz ibidē. Si incipis: incipe perfecte. Si in profectu es: hoc ipsum iam perfectly age. si perfectionis aliquid attigisti: ipsum in temetipsō metire. Si vero quis desiderat: desideriū deus adimplēt. ps. xx. Desideriū anime eius tribuisti ei dñe. Quis hodie dicit cum ps. xxxvij. Dñe ante te omne desiderium meum. Et iterum. xl. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarū. Contra istam tepiditatem dictum est Apoca. iiij. Ut nam es es calidus aut frigidus. aut religiosus spiritualis. aut frigidus secularis. sed q; tepidus es: tepefactus religiosus a feruore cum quo mundum dimisi. incipiam te euomere ex ore meo. q; peior est et fastidibilior cibus tepefactus q; frigidus vel calidus. sic peior religiosus tepefactus et relaxatus q; secula-

Acidie species multe.

Tepidis tas.

Hollis  
ties.

Somno  
lentia.

ris.c.xlvij.di.quantumlibet.xii.q.i.scimus.de pe.di.  
ij.pennata,de hoc late in coll. Danielis que est quar-  
ta in libro collationum. Sequitur de mollitie, que  
est impatientia rei dure. Unde Prouerb.xviii.Qui  
mollis est et dissolutus in opere suo: frater est sua ope-  
ra dissipantis. Hollis est qui cedit duris: et tribula-  
tionibus succubit: et ab opere desistit. Talis sua ope-  
ra dissipat. Ad quam miseriam veniant molles ostē-  
ditur Deutero.xxviii.Tenera mulier et delicata que  
super terram ingredi nō valebat: nec pedis vestigium  
figere propter mollitatem et teneritudinem nimiam:  
inuidebit viro suo rc. Summum remedium contra  
mollitatem est ignis spiritus sancti qui lutea consolidat.  
et assuetudo duroz. Bern. Rusticus duros hz ner-  
uos fortes lacertos, exercitatio fecit. sed torpore mol-  
lescit. Sequitur de somnolentia, de qua Prouerb.  
xix. Sigredo immittit soporem. Quod potest intel-  
ligi de sopore contemplationis in illis qui nomine  
orationis palliant suam pigritudinem: noletes aliquid  
operari, sicut dicunt et faciunt Begardi de Aleman-  
nia, et aliij de Lombardia qui vocantur Apostoli, de  
quorum numero quum quidam venisset ad abba-  
tem Siluanum: et reprehendisset quia fratres mani-  
bus laborabant. senex fecit eum includi in quadam  
cella et dari ei codicem ad legendum. Hora solita co-  
mederunt fratres: et non vocauerunt illum. Quiqz  
transisset hora: respiciebat ille vtruz vocaretur ad ci-  
bum. et interrogauit senem, vtrum fratres comedis-  
sent: et quare non vocauerant euz. Qui senex. Tu ho-  
mo spiritualis es: et non habes necesse hanc escā car-  
nalē. nos autem carnales comedimus: et ideo opera-  
mur. et quum audisset: incepit penitere. Qui abbas.  
Ergo necessaria est Martha Marie. Luc. x. extra  
de renun. nisi. q. pen. Idem no. 3. q. ex quo sponsa. V.  
alius frater. in. cap. l. De somno corporis. Prouer.  
xxvij. Usqz quo piger dormis? Bern. Laue serue dei  
in quantum potes: ne sit somnus non quies lassi, sed  
sepultura corporis suffocati. Eccl. xxij. Cum dormiē-  
te loqui qui enarrat stulto sapientiam. et in fine ora-  
tionis dicit. Quis est hic? Si stultus non habuisset  
voluntatem dormiendi per duos dies: tamen tēpo-  
re lectionis vel sermonis dormiret. quod immissoz  
ne demonis fit. vt in vitis patrū legitur de Abache-  
to. qui a domino hanc gratiam impetravit: vt quot-  
quot diebus ac noctibus spiritualis collatio agere:  
nunqz dormiret. Siquis vero detractionis verbum  
seu otiosum tentasset in fratre: in somnum protinus  
concidet. vt narrat Jo. cassi. in. v. lib. de gastrimari-  
gia. De hoc somno venit multiplex malū. Judi. iiiij.  
et de Sylara qui dormiens occisus est. et eodem. xvij.  
de Samsonem qui obdormiuit inter genua Balile: et  
excultatus est. Itz in libro Judith que occidit ho-  
lofernem dormientes Judith. xij. Et Isboseth dor-  
miendo decapitatus est. q. Reguz. iiiij. Ad hoc vt de-  
bito modo dormias necessarius est labor discretus.  
Eccl. v. Bulcis est somnus operanti sue parum si-  
ue multum comedat. Et sobrius cibus. et potus est  
custodia sensuum tuorum. Bern. Sobrium cibum,  
sobrium sensum, sobrius sequitur somnus. Est autē  
alter somnus dulcis contemplantum. De quo Pie-  
re. xxxij. Somnus meus dulcis mihi. Tales sponsus  
prohibet excitari. Laii. iij. Ad iuro vos filie hierusa-  
lem. et. j. Me suscitetis neqz euigilare faciatis dilecta:  
donec ipsa velit. De hoc etiam somno Gene. ij. Im-  
misit ergo dñs deus soporem in Adam: quum ob-  
dormiuisset. Unde super Lan. Bern. Iste sopor ra-

ptus fuit de pe. di. ij. q. romanos. V. adam. Unde di-  
cit ibi. Nihil videtur incomutabilis veritatis in-  
tuitum. et abyssum diuine sapientie corporis excedes  
sensibus obdormisse quod ex verbis eius coniici po-  
test: dum tanqz ebrius de cella vinaria venies et eru-  
ctans magnum pietatis sacramentum quod tanto  
post in christo et ecclesia apostolus commendauit. ad  
Ephe. v. Hoc nunc (inquit) os ex ossibus meis rc.  
xxxv. q. x. fraternitatis. extra de biga. debitum. De  
otio. Prouer. xij. Qui sectatur otium: stultissim⁹ est.  
Stultus quidem quia futuram vitaz non preuidet:  
et presentem neglit. Stultior quia hostibus et de-  
monibus se exponit. Stultissimus quia hostes suos  
nutrit quia otio vitia nutrimur et impinguantur: si-  
cut solent in otio impinguari. De primo. Ecclesi. xx.  
Abelior est canis viuus leone mortuo. Leo mortu⁹  
est aliquis magnus otiosus: cui preualet canis viu⁹  
id est aliquis viuus strenuus et operans. Nec soluz  
mortuus est otiosus: sed bis mortuus quia in corpo-  
re et in anima. Unde in canonica Jude. ij. c. Arbores  
autunales instructuose bis mortue. De secundo Ebre  
no. ij. Tendit arcum suum et posuit me sicut signū  
ad sagittam. Otiosus enim est quasi signuz ad sagit-  
tam. quia potest vndiqz a demonibus sagittari. Est  
eniz velut castrū sine muro. Unde Ezechie. xxvij.  
Ascendam ad terram absqz muro. verbuz est diaboli.  
Ueniam (inquit) ad quiescentes habitantesque  
secure. Homo bene occupatus. est velut castruz clau-  
sum Augu. Non facile capitur a tentatione: qui bo-  
no vacat exercitio. Otiosus non tantum vni hosti:  
sed pluribus exposit⁹ est. vt dixi supra de acidia. De  
tertio. Bern. Omnia temptationum et cogitationū  
malarum et inutilium sentina est otiu⁹: quia omnes  
forbes luxurie verbositatis et nugaruz necnon et cu-  
riositatis et superbie recipit. De luxuria exempluz in  
Baud. qui postqz fuit in pace ab hostibus: cu Bera-  
sabee adulterauit. ij. Regum. xj. de pe. di. ij. q. opponi-  
tur. ver. nunquid Baud. Et de Salomone fornicā-  
te et idololatrante in otio. ij. Reg. xj. xxij. q. iij. Sa-  
lomon. De verbositate et curiositate. j. ad Timo. v.  
Adolescentiores viduas deuita rc. De nugis. Ber.  
Otiositas mater nugarum: nouera virtutum. et qz  
otiosus locum facit diabolo in se: ideo omni loco est  
indignus preterqz inferno. In celo eniz non recipie-  
tur. celum enim merces tm erit operariozum. Mat.  
xx. Uoca operarios et red de illis mercedem. Nec in  
paradiso terrestri. Gen. ij. Tulit ergo deus hominez:  
et posuit eum in paradiſo voluptatis: vt operaretur  
et custodiret illum. In purgatorio non. Unde in ps.  
lxvij. In labore hominum non sunt rc. Et ideo non  
cum hominibus flagellabuntur in purgatorio sed  
cum demonibus in inferno. Multam malitiam do-  
cuit otiositas. Eccl. xxvij. Frater Egidius socius  
beati Francisci dicebat qz otiosus amittit hunc mu-  
dum et alium: non fructificando sibi nec alijs. Im-  
possibile est virtutes acquiri sine sollicitudine et labo-  
re. Juuenis qui laborem recusat: regnum celorum  
recusat. Si sollicitudo non prodest: negligientia non  
nocet. ij. q. v. quanto. extra de postu. pre. c. j. q. nos er-  
go. Quia sicut bonum non prodest malum non no-  
cet. Sicut otiositas mala est via ad infernu⁹. ita otio-  
sitas et quies sancta est via ad celuz. De quo otio san-  
ctus Aug. Otium sanctum querit charitas verita-  
tis. i. contemplationis. Negotium iustum suscipit  
necessitas charitatis. viij. q. j. qui episcopatum. Itz  
Egidius. Homo petit a deo bonum sine mensura et

sine

Otio-  
tas.

fine fine: et vult ei seruire cum mensura et cum fine. Qui ergo vult sine mensura et sine modo amari et re munerari: debet sine modo amare et sine mensura seruire et sine modo. Qui exfructat corpus suum amore altissimi de bono quod facit a celo inferi preuius non requirit ali quod. Ego posse dicere veraciter qd qui (quod est leue) alleuat sibi iugum domini et labore: aggrauat sibi illud. Mat. xi. et qui id aggrauat: sibi alleuat. Utinam facerent hoies illud. Mat. xi. etiaq; quod melius esset corpori in hoc mundo. corpus aut sentit de bonis anime. Multum debet homo esse sollicitus ad custodiendum sibi gratiam datam a deo: et cum ea fideliter laborare. ii. Cor. vi. qd sepe amittit fructus pro folijs. et grana pro paleis. Quibusdam autem dat fructus: et frondes facit ei caras. quibusdam dat vtrumq;. Huius reputo bona data a deo cōseruare: qd acquirere. Qui nouit acquirere. sed nescit reponere: nunquam ditabitur. Homo pp negligenter suam perdit perfectiones suam. Siquis esset pauper rimus: et diceret ei aliquis. accommodo tibi hanc rē ut per tres dies exfructes eaz: et per hoc habebis thesaurum infinitum. nonne iste studeret exfructare solite illaz? Res mutuata nobis a deo est caro nostra. et quasi tres dies sunt totum tempus vite nostre. Si vis ergo frui: stude lucrari. si. n. non laboraueris: non quiesces. Si omnes agri et vinee huius mundi essent vnius hominis qui non coleret: quem fructum persiperet inde? Alius autem habens paruas quantitas agrorum et vinearum: et bene colens: pcpit inde fructus pro se et pro alijs. Verbum ironicum est. Ad spem vicini tui non ponas ollam ad ignem. Non est homo beatus si bonam habet voluntatem: nisi bonus operibus studeat eam sequi. qd ad hoc deus dat gratiam suam homini: ut sequatur eaz. Paul. Gratia dei sum id quod suz. et gratia in me vacua non fuit i. Cor. xv. hucusq; frater Egidius. Sequitur de alia specie acidie. que est dilatio. que multu nocet: qd no cuit semper differre paratis. qd qui non est hodie cras minus aptus erit. De dilatione conuersionis. Eccl. v. Non tardes conuerti ad dñm. Sopho. i. Vox cantantis in fenestra coruus in superliminari. Aug. Bisferebam de die in diem vinere in te: et non differebas mori in memetipso. Item Aug. Ipsa res est que multis occidit: quum dicunt cras cras: et subito claudit ostium et remanet foris cum voce coruina: qd non habent gemitum columbinum. Cras cras vox corni est. Eccl. xxxii. Hora surgendi non te trices id est alijs curis implices. Ber. Ab ore putei gehenne eripiar: et inducias petam: et cunctabor exire? Abscondi ignes in sinu meo: et exusto iam latere. iam nudatis visceribus. iam sanguine desflente. diu mihi deliberanduz est: an expurgescar, an excutiam: an abiciam illum. Contra tales malam dilationem ad remanendu in pco de pe. di. iiij. ille rex. Ille rex tantus et potens nec exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiaz: sed prematura confessione atq; immenso dolore reddidit peccatum suo dño tc. Morsa noceat. extra de reg. iur. morsa. li. vi. Nescimus quid erit cras. Mat. vij. xij. qd. habebat Actu. j. Non est vestrum nosse tempora. Ber. Quid de futuro miser tam temerarie prelumis. tamq; pater temporum momenta in tua et non magis in sua posuerit potestate? Ber. Computatio dilata multa facit obliuisci. Contra dilationem confessionis de pe. di. vij. sed nullus. Tertium quis teneatur statim confiteri quu pectat et sacerdotum habet tenetur qd non. no. de pe. di. v.

in summa. Alia species acidie est tarditas. Ber. Magna confusio: ardentius desiderant seculares semper virtiosa: qd nos utilia. Contra eam. Magis ab oriente properant. Mat. ij. Et Maria cum festinatione abiit in montana. Luc. j. Et tres Marie valde mane veniunt ad monumentum. Mar. Mat. et Luc. vlt. et Jo. xx. Et dñs non permisit filium sepeli re patrem: sed qd statiz sequeretur eū precepit. Mat. viii. et Luc. ix. Idem de Petro et Andrea Jacobo et Joanne. Mat. iii. et Matthew statim christum secutus est. Luc. v. Mat. ix. Et Zacheus festinus descēdit de arbore. Luc. xix. Et in credēdo tarditas increpatitur. Luc. viij. Ad de que scripsi. s. in. §. commenda bilis. in. §. quartus gradus. in. c. lxix. et quod scripsi. s. e. §. occultum aliud ver. de dia legitur in isto c. Alia species acidie est negligētia. que est contraria diligentie. de qua commendat mulier habēs drachmas decem. Luc. xv. et de qua Prover. xxij. Diligēter exerce agrum tuum. quod dicit Herodes Mat. ij. malitiose nobis pdica. Ite et interrogate diligēter de puer. Qui timet dñs nihil negligit. Eccl. vii. Be negligētia prelatorum. s. in multis locis tractauit. de qua. ix. q. iij. cum simus. lxxix. di. volumus. xljij. di. ephesij. xl. di. si papa. extra de of. or. irrefragabili. j. rno. vbi de hoc. de reg. c. vlt. de sta. mo. cum ad monasterium. §. pen. vbi de hoc. de offi. archid. ea q. vbi de hoc. et de reg. in. q. iij. vbi plene de hoc. Alia filia acidie est imperseuerantia. que est de illis qui non ducunt ad finem quod incipiunt bonu. Non sic chris tus qui non descendit de cruce. qd qd dicerent inde: Descende: et credimus tibi. Mat. xxvij. vbi Rabanus. Si autem tunc de cruce descenderet insultantibus credens. virtutem nobis patientie non demonstraret: sed expectauit paululum. irrisione sustinuit. et qui de cruce descendere noluit: de sepulcro surrexit. et in. e. c. Mat. ibi. Alios saluos fecit: seipsum non poterit saluum facere. Ber. Nam sit ipse salus: saluatione non indiget. sed operatur salutem nostram. nec caudaz patitur deesse de sacrificio vespertino hostie salutaris. Nam quum saluus esse non possitanus qui pse uerauerit usq; in fine. Mat. x. et xxij. de pe. di. ii. §. euidenter. ver. adhuc. et ver. in bono. et ver. pp. et ver. multa. et ver. mirandum. et ver. item illud. quanto minus poterit esse saluator? Et Jo. iij. Deus cib' est tc. et post ut perficiam opus eius. Eccl. xvij. Opus consummavi. et Deutero. xxij. Dei perfecta sunt opera. Diabolus autem insidiatur calcaneo eius id est fini. Gen. iiij. Luc. xij. Hic homo cepit edificare: et non potuit consummare. Ber. Est singularis filia summi regis perseuerantia. illa enim sola est heres regni eterni. Item idem. Letere virtutes coronam regni contexunt: sola perseuerantia eam capitibus superimponit. Papa Liberius. Unde namque beata est perseuerantia: nisi de virtute patientie: vij. quest. i. suggestum est nobis. Itz illud Matthaei. x. et xxij. Qui perseueranter usque in finem: hic saluus erit. vij. quest. i. suggestum est nobis. de penit. distinctio. iiij. in cassum. de pe. ni. dist. iij. in domo vlti. colum. ibi. vnde et dominus. z. c. si ex bono. et extra de rerum. ca. j. Greg. Talaris tunica Joseph perseueratia est. de qua Gen. xxxvij. Unde magdalena videt primo dominum. qd perseueravit ad monumentum. Jo. vlt. Unde Greg. Los tigit ut sola eum videret: que remansit ut quereret. Quid prodest homini ieunare: orare: eleemosynas

Negligētia.

Imperser uerantia.

facere, corpus affligere, sentire quoq; deo magna; et nō peruenire ad portū salutis? Ecce apparet aliquā in mari nauis formosa magna et noua multo thesauro plena: aliquo sibi occurrente periculo ad portum non peruenit: sed perit. et quid profuit omnis multitudine illa? Et iterum Est in mari qñq; nauis aliqua deformis vetus et onusta multo thesauro: et cū multo labore euadens maris pericula peruenit ad portū. sola hec commendabilis. Simile euenit in hominib; huius mundi. Merito ergo omnibus est timendū. Quamuis enim arbor sit nata: nō statim est magna. et si magna: non florida. et si florida: non statim prodicit fructus: et si producit: non statim sunt magni. et si magni: non statim maturi. et si maturi: non statim veniunt ad os comedentis. sed multi decidunt et putre scynt: et a porcīs et alijs bestijs devorantur. Ad hec de pe. di. ii. §. hec que de charitate. cum. c. se. Sitit q; dam fratri Egidio. De' bene faciat te finire. Rendit ipse. Quid prodest mihi si regnum celorum manducasse: nisi bene finirem? Sapiens. Dis laus in fine canitur. Philosophus. Quis finis bonus est apud quos bonum est. Sapiens. Dia in fine conseruant. et iterum. Finis non palma coronat. Multū currunt sed vnuus accipit brauum. i. Cor. ix. Sequit de alia specie acidie que est remissio. quo vitio laborat: qui quotidie deterior efficitur. Unde primo incipit strenue. secundo die minus. tertio nihil. Eccl. xxii. Filia fatua in deminoratione. q; anima fatua semper decrescit: sicut iustorū semita crescit. Prouer. viii. Ego statim operata est manus remissa manus autem fortium diuitias parat. Prouer. x. Item Prouerb. xii. Manus fortium dominabitur. que autem remissa est: tributis seruiet. Hebre. xvij. Remissas manū et dissoluta genua erigite. xlii. di. j. ver. clau. ius. De prelato remisso extra de sta. mo. cum ad monasterium. §. pen. Sequitur de dissolutione alia filia acidie. qua laborat qui inueniens difficultatem in sui regime, dimittit se oīno absq; gubernatione. Prouerb. xxv. Eris sicut dormiens in medio mari et quasi solitus gubernator amissio clavo. Prouer. xix. Aia dissolata esuriet. Hiere. xxii. Usquequo delicijs dissolueris filia vaga? Talis dissolutio dissoluit hominem a vinculis diuine legis. Et est dissolutus ille demoniac: de quo legitur Luc. viij. q; ruptis vinculis agebatur a demonio in deserto. Eccl. ij. Ne dissolutis corde. Talis est ille paralyticus: de quo Mat. ix. Dicit. n. paralysia a para quod est dis, et lysis quod est solutio, quasi dissolutio vide in additione. s. e. §. nunc de immunditia. ver. Item Jo. cass. in. c. lxxij. q; peccatum dissoluit hominem a lege charitatis que operari facit. q; amor otiosus non est bñ Greg. in homil. penteco. Et tales dissoluti paralyticci efficiuntur insensibiles in aia. de qua insensibilitate Prouerb. xxvij. Traxerunt me: et ego non sensi. Prouer. xvij. Qui mollis et dissolutus est in opere suo: frater est sua opera dissipantis. Ex hac surgit pessima paupertas et penuria bonorum spiritualium. Prouer. xxvij. Qui sectatur otium: repletur egestate. Apoc. iij. Dicit q; dines suz et. Et ne scis q; tu es pauper et nudus. Sequitur de ignavia. qua laborat ille qui potius eligit in magna miseria permanere: q; aliquantuluz laboris subire. Eccl. iij. Stultus complicat manus suas. et comedit carnes suas dicens. Melior est pugillus cum requie: q; pena utraq; manus cum labore et afflictione ai. Sequitur de alia filia. s. de indeuotione. que est quedā aridae sp̄iritualis. ps. cxlii. Aia mea sicut terra sine aqua

tibi. et alibi. xxiiij. Sterilitatem aie mee. Et Numen. xj. Aia nostra arida est. Per loquens in persona illi qui deuotionem amisit occasione superbie. Ab heri et nudus tertius inuasit me lagor aie. hebetudo insolita qdam inertia spiritus ex supbia inuenta est in me. Non sapit psallere. non legere libros. non orare delectat. meditationes solitas non inuenio. Ideoq; ad opus manuum piger ad vigilias somnolent: ad iram precepis: ad odiū pertinax: lingue et gule indulgentie securior: et obtusior ad predicationes. Ne oēs montes in circuitu visitat dñs. ii. Regū. i. ad me aut non appropinquat. ps. c. Aruit cor meum. Prouer. xiii. Vult et non vult piger. Secundum Jo. cass. in colla. iii. Danielis de concupiscentia carnis ac spūs. Menti sterilitas tripli ratione prouenit. Aut. n. de negligentia nostra. aut de impugnatione diaboli aut de dispensatione dñi ac probatione descēdit. Et de negligentia quidem: quum vitio nostro torpore precedente circumspecte nosmetiplos et remissius exhibentes. et per ignaviaz et desidiam de noxijs cogitationibus pascentes terraz cordis nostri. spinas et tribulos facimus germinare Ben. ii. quibus in ea pallulantibus consequenter efficiuntur steriles: atq; ab oī spirituali contemplatione ieunii. De impugnatione vero diaboli: quum etiam bonis nonnunq; studijs dedit. callida subtilitate mentem nostrā aduersario penetrante. vel ignorantes ab optimis intentionib; abstrahimur vel inuiti. De dispensatione autem ac probatione dei: vt paulisper a dño derelicti. et metis nostrae infirmitatem humiliiter intuentes. superpendente puritate cordis que nobis est illius visitatione donata nullatenus extollamur. probantesq; nos ab eo quodammodo derelicos. gemitibus nostris et industria illum letitie ac puritatis statum recuperare non posse intelligamus. et preteritam cordis alacritatem non nostro studio sed illius nobis dignatione collatam: et presentem de ipsius rursum gratia et illuminatione esse postquam. Bonum est ergo nobis a dño subderelinqui: sed non totaliter derelinqui. Un Daud. ps. cxvij. Non me dereliquas usquequaq;. Quarta ratio est istius sterilitatis superbia et ingratiudo. q; consolationes quas deus facit: imputat elatus laboribus suis et bonitati sue. et ideo a deo deseritur. vt a deo eas esse cognoscat. ps. xcij. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt animam meam. Et hāc rationem tangit Ber. s. proxime. Sequitur de alia profana filia acidie. que est tristitia. que impedit letiam spiritualem. ij. ad Cor. ix. Hilarem datorem dilit deus. extra de dona. c. j. ps. cxvij. Et cantem inviis dñi: qm magna est gloria dñi. Eccl. xxx. tristitia longe expelle a te. Eccl. xxvij. Cor prauuz dabit tristitia. Et tristitia cordis flectit cervicē. Eccl. xxvij. Et ibidem. Ne dederis in tristitia cor tuū. Et ibide A tristitia. n. festinat mors. Est autem triplex tristitia. s. tristitia peccati. tristitia peccatum. tristitia de peccato. Tristitia peccati est amaritudo conscientie que semper est in puro opere. de qua Eccl. xij. Beatus qui non est stimulat in tristitia delicti. Ibi. Uis nūq; esse tristis? bene vivit. reus oīum nunq; securus est. Tristitia peccatum est dolor immoderatus p amissione tpalis rei: vel consanguineoz: vel amicoz. vel ex eo q; quis non habet quod tpaliter desiderat. xij. q. ii. q; prepostorum. c. habent. cum. c. se. ii. Cor. viij. Tristitia seculi mortem operatur s. anime et frequenter corporis. Eccl. xxx. Multos occidit tristitia: et non

Remissio.

Bissolu-

Ignavia.

Indeno-

Tristitia.

Tristitia  
triplex.

est utilitas in ea. Tristitia de peccato est dolor penitentialis. de qua.ij. Cor. vii. Que sum deum tristitia est: penitentiam in salute stabilem operat. Eccl. vii. Cor sapientum ubi tristitia est. Tristitia est demonius vespertinus. qd tunc incipit homines vexare: quum dies prosperitatis incipit declinare. Hexat. n. in amissione temporalium in inflictione flagellorum: et in amissione consanguineorum. Contra primum Isa. xv. Aque dybon (quod interpretatur fluxus eorum). s. lachryme illorum qui plorant pro fluxu rerum temporalium. replete sunt sanguine. qd sedant non mandant. unde sequitur. Ponam super dybon additamentum. s. de lachrymis ad lachrymas. de laboribus transibunt ad labores: et contritione duplice contendentur. extra de iudi. cuz non ab homine. Iher. xvii. Contra sum Prover. iii. Disciplinas domini fili mei ne abiicias. Contra tertium. j. ad Thessal. iiiij. Non contristemini sicut et ceteri qui spe non habent. viij. q. vti. habent. cum. c. seq. Quidaz frater requisiuit abbatem. Item dicens. Quid faciam? qm turbor tristitia. Dixit ei senex. Neminem pro nihil aspicias. ij. q. j. multi. Nullum condemnes. Nulli detrahas. vij. q. j. summa. et dabit tibi deus requiem. Idem reg situs ab altero fratre dicente. Si peccaueris. etiam in quocunq; iniquo peccato: et consumat me cogitatio mea et arguat dicens. quare peccasti? et efficior tabescatus tristitia. quid facias? Redit senex. Quacunq; hora ceciderit homo in culpam: et dixerit ex corde. Deus tibi peccavi indulge mihi. mox cessabit cogitatio vel tristitia et illa consumptio. Jo. cass. in colla. Serapionis de. viij. vitijs. in li. colla. ait sic. Be ira tristitiam et acidiam necesse est pullulare. et. j. in eadem. Be tristitia rancor. pusillanimitas. amaritudo. desperatio. Be acidia. otiositas. somnolentia. importunitas. inquietudo. peruvagatio. instabilitas mentis et corporis. verbositas. curiositas. Itz Jo. cass. in li. ix. de spiritu tristitie sic ait in princi. Edacis tristitie stimuli retundendi sunt. que si passiz per singulos incursum et incertos ac varios casus obtinendi aiam nostram habuerit facultatem: ab omni nos separat diuine contemplationis intuitu. ipsamq; mentem ab yniuerso puritatis statu deiectam funditus labefacit ac deprimit. Non orationes eam explere cum solita cordis alacritate permittit. Non sacraru lectionu sinit remedij incubare. Tranquillu quoq; ac mitem fratribus esse non patitur. et ad cuncta operationum religionis officia impatiens et asperum reddit omnij; perditio salubri consilio et mentis constantia perturbata velut amentem facit et ebriz sensu. frangitq; et obruit desperatione penali. Sicut. n. tinea vestimento et vermis ligno: ita sum scriptura virus tristitie nocet cordi. Prover. xxv. Nonunq; aut ire pcedentis vitio subsequi seu coepiscetie lucri. vel cuiusdam detrimenti causa generari solet. quu se haram reru quadam spe mete concepta qd videntur excidisse. Interdum eti nullis existibus causis qbus ad hanc labore correre provocemur: animi subtilis instinctu tanto merore repete deprimimur: vt ne charoz qdem aduentu solita suscipere assibilitate possimus. Ide in ead. Est eti aliud detestabilis tristi-

tie genus: quod non correctionem vite. nec emendationem vitorum. sed perniciosissimam desperationem iniicit delinquenti. quod nec Layn fecit post fratricidium penitere. Ben. iiiij. de pe. di. j. q. ex iis itaq;. Nec Judam post prodictionem ad satisfaciendum festinare permisit: sed ad suspendium desperatione protraxit. Act. j. Mat. xvij. de pe. di. iii. indas. et c. nihil inde. cu. c. se. Ideoq; utilis nobis una re tristitia iudicanda est: quum hanc vel plenitudine delictoz. vel desiderio perfectionis accensi cōcipimus. sed talis tristitia. que sum apostol. ij. Cor. vii. salutem operat. obedientia est: stabilis. humilis. mansuetus. suauis. ac patiens. utpote ex dei charitate descendens: et ad oēz dolorem corporis et spiritus contritionem infatigabiliter semetipsam desiderio perfectionis extendēs. et quodammodo leta ac spe profectus sui vegetata. cunctam assibilitatis et longanimitatis retinet suavitatem: habens in se fructus spiritus sancti. qui sunt sum apostol. charitas et gaudium et. Gala. v. Hec vero asperrima. impatiens. dura. plena rancore et merore instructuoso ac desperatione penali. eum quez amplia fuerit: ab industria salutari dolore frangens ac reuocans: utpote irrationalis et intercipiens non solum orationum efficaciam: verum etiam yniuersos fructus spiritus. Hanc ergo perniciosissimam passionem ita de nobis expellere poterimus: vt mente nostram spirituali meditatione occupatam iugiter futura sepe et contemplatione reprobuisse beatitudinis erigamus. Hoc etiam modo yniuersa tristitiarū genera sine que ex precedenti ira descendunt: sine que acquisitione lucri vel detrimenti illati nobis adueniunt: sine que de illata nobis generant iniuria: sine que de irrationali mentis confusione procedunt: seu que letalem nobis desperationem inducunt: valebimus superare. quum eternarum rerum intuitus speculantes. semper leti ac immobiles perdurantes. nec casibus deiecti presentibus. nec prosperis fuerimus elati: utraq; velut caduca et mox transiunt templantes. hucusq; Jo. cass. Item Pilus in titulo de tristitia. Tristitia est meror anime: et insit cogitationibus ire. Desiderator namq; est ultionis furor. si vero non adipiscitur vindictam generabitur tristitia. Tristitia os est leonis et contristatum degluit facile. Hermis cordis est tristitia. Prover. xxv. Et omnis plaga tristitiae cordis est. Eccl. xxv. et xxv. Tristitiam longe expelle a te. multos enim occidit tristitia. et non est utilitas in illa. Pescit leticiam spiritualem et suavitatem quu fuerit in tristitia monachus. neq; mellis gustum. qui febribus exuritur vehementer. Omnia bonorum impedimentum est meror. s. tristitiae. Qui diligit mundum contristabitur multum. qui autem contemnit que in eo sunt: letabit semper. Qui spernit pecunias: sine tristitia est. Lupidus in amaritudine est. Amator glorie lugebit quem ignobilitas venerit. qui autem humilis est quasi cuiusdam eam suscipiet. Sensus dei gustus aufert tristitiam. gustus seculi parit eam. Qui autem voluptates mundi abiecit: molestiam non patitur a cogitationibus tristitiae. Sicut in legenda beati Antonij egyptij. Una est ratio vincendi inimicuz: leticia spiritu lis: et anime dum semper cogitatis iugis recordatio. Et de eo dicitur ibi qd semper hilarem faciem gerēs: liquido ostēdebat se cogitare de celestibus. sicut scriptura ait. Eccl. xxvi. per alia verba: sed magis ad literam Prover. xv. ibi. Cor. gaudens exhilaravit faciem. merore ai dehincitur. Prover. xvij. Animus ga-

dens etatē floridaz facit. spiritus tristis exiccat ossa.  
 Corde letatē vultus floret. in merore cōstitut⁹ tristes.  
 In antiqua legē da beati Francisci legitur sic de eo.  
 Tm̄ autem diligebat virum letitia spirituali plenuz  
 q̄ pro generali commonitione in quodam capitulo  
 cōscribi fecit hec verba. Laueāt fratres ne se oñdant  
 extinsec⁹ nubilosos ⁊ hypocritas tristes. sed oñdant  
 se gaudentes in dño hilares ⁊ iocundos ⁊ conuenie  
 ter gratosos. Item sup illud Mat. vi. Molite fieri  
 sicut hypocrite tristes. dicit Chrys. Non autem potest  
 fieri vt sit hilaris qui ieuniat. ideo non dixit. Molite  
 esse tristes. sed Molite fieri tristes. Qui n. per impos  
 turas aliquas pallētes apparent: illi nō sunt tristes:  
 sed sunt. Qui autem naturaliter pp assiduum ieun  
 ium tristes est: non fit tristes: sed vere est. Hec sancta  
 tristitia vertetur in gaudiuz. Jo. xv. Sequit⁹ de alia  
 specie acidie. que est tedium vite q̄ prouenit ex lōga  
 tristitia. vt non soluz displiceat ei deo seruire: sed etiā  
 viuere. Quod prouenit ex diuersis causis. Qñqz est  
 tedium vite ex amore dei ⁊ desiderio vite celestis.  
 Phil. i. ex de renun. nisi. §. pozro. Greg. Sācti grani  
 ter tolerat quicqz nō sonat id quod amant. Itēz ex  
 conuersatione malorum mundi. ii. Pe. ii. ibi. Atiam  
 iustum iniquis operibus cruciabant. Itēz ex nimia  
 tribulatione. Job. x. Tederet animam mēa vite mee. ⁊  
 ii. ad Cor. i. ibi. Ut tederet ēt nos viuere. iii. Reg. xix.  
 de Helia: qui petijt aie sue vt moreretur. ⁊ de Saul. ii.  
 Reg. i. Multū desiderant mori vt presentes dolores  
 fugiant. ⁊ de doloribus sempiternis non cogitat. con  
 tra quos Amos. v. Ue desiderantibus diē dñi. Se  
 quis de desperatione alia filia acidie: que solet proue  
 nire ex tristitia. Prover. xv. In merore ai deh̄c spi  
 ritus. s. in profundum desperationis. Et Proverb.  
 xvii. Spiritus tristes exiccat ossa. q̄r fortem animum  
 desiccat ab humore gracie: vt per peccatum despera  
 tionis frangat. Eccl. xiii. in princi. Felix qui non ha  
 buit ai sui tristitiaz: ⁊ non excidit ab spe sua. Hieron.  
 super. viii. Psalmum dicit, q̄ magis offendit deum  
 Judas qñ se suspendit: q̄z in hoc q̄p euz tradidit. Hoc  
 peccato Jude de pe. di. ii. iudas. ⁊ c. nihil. ⁊ c. sce  
 leratior. Hoc peccatum virtutem secundam. theolo  
 gicam. s. spem adnihilat. quum dicat ps. xxi. Et spes  
 mea in deo est. ⁊. In te dñe sperau. Et Esa. xl. Qui  
 sperat in dñohabebūt fortitudinē. ps. xc. Sperauit  
 in me ⁊ liberabo eū. Contra hoc peccatum est memo  
 ria dñice passionis. Ber. Peccavi peccatum grāde.  
 cōscientia mea turbat: sed nō perturbat. q̄r vulneruz  
 dñi recordabor. Quid tā ad mortē: quod nō morte  
 christi soluat? Si in mentē venerit tā potens tanqz  
 efficax medicamentū: nulla iā possuz morbi maligni  
 tate terreri. Aug. Null⁹ de misericordia dei desperet.  
 maior est. n. eius misericordia q̄z nostra miseria. Tar  
 dins siquidē videt ei veniā dare: q̄z peccatorū accipe  
 re. Sic. n. festinat a tornēto cōscientie reū absoluere.  
 quasi eū plus cruciet cōpassio miseri q̄z ipsuz miserū  
 cōpassio sui. Hoc desperatis dicit Baruch. ii. Depu  
 tatus es cum descendētibus in infernum. Ber. Si  
 supra modum peccau: non despero. q̄r supra moduz  
 doluit in quo respiro. Si exacerbatur pater in immo  
 nitate sceleris mei: mitigabis in dolore filij sui. Item  
 Ber. Omnino propter mansuetudinem q̄ in te pre  
 dicatur currimus post te dñe iefu. ps. xlviij. Propter  
 veritatem ⁊ mansuetudinem zc. Mat. xi. ibi. Quia  
 mitis sum. audientes q̄ non spernis pauperem. pec  
 catorē. ps. xxi. Neqz despexit depreciationem pan  
 peris. Non horruisti consentez latronē. Luc. xxij.

xxvj. q. vij. agnouimus. de pe. di. i. importuna. Necla  
 chrymantem peccatrice. Luc. vij. j. q. vij. si quis. Nō  
 supplicantez. Mat. xv. de pe. di. i. importuna. chana  
 neam. Non deprehensam in adulterio. Jo. viii. iij. q.  
 vij. postulatus. Non sedentem in teloneo. Mat. ix.  
 ⁊ Luc. v. Non supplicantem publicanuz. Luc. xvij.  
 Non negantem discipulos. Luc. xxij. l. di. ponderet.  
 ⁊ c. fidelior. Non crucifixores tuos. Luc. xxij. Non  
 persequentes discipulos. vij. q. i. §. hoc etiam tūc. In  
 odore ergo vnguentorum tuorum curremus. Cant.  
 i. extra de sacra vnc. c. vnic. §. refert. versi. christus.  
 Bicebat abbas Idem de abbatē Isidoro q̄ quan  
 do inimicus conturbabat eum ⁊ suggerebat ei de  
 sperationez ⁊ penas. dicens. Post hec oīa in tornē  
 ta iturus es. dicebat ei Isidorus. Quamvis ego ad  
 tornētu mittar: tamen te subtus me inuenio. Abba  
 ti quoqz Abysi frequenter apparuerūt spirit⁹ mali:  
 dientes. Euasisti nobis ⁊ nihil possumus tibi face  
 re. quoniam quoties te per desperationem humiliare  
 voluerimus. exaltaris. quoties autem exaltare ita te  
 humilias. vt nullus de nobis accedat ad te. Iteruz  
 quidam senex tētabatur a cogitationibus p annos.  
 ita etiam vt desperaret: dicens. Perdidī auimam  
 meam. sed quatinus semel perī: reuertar ad seculum.  
 Quum autem p̄ficiſceretur: peruenit ad eum vox  
 dicens illi. Decem anni in quibus deprecatus es. co  
 rone tue erunt. reuertere ergo ad locuz tuum ⁊ ab oī  
 malo cogitationis tue libero te. Non est ergo bonū  
 quemqz desperare propter cogitationes. Ille. n. ma  
 gis coronas pvident. vij. q. j. aduersitas. de pe. di. ii. si  
 enim. si utiliter eas pertractantes transierimus susse  
 rentes non consentientes. Jac. j. de pe. di. ii. si. n. Sed  
 nota q̄ non bene sperat: qui aliqualiter nō desperat.  
 vt desperationis metu cautior fiat. Sm. Hiero. de pe.  
 di. ii. si enim. post tres col. ver. verum nec Montan⁹.  
 De desperatione Layn. Gen. iiiij. de pe. di. i. ⁊ venit. ⁊  
 c. serpēs. ⁊ §. se. ex ihs. ver. deniqz. Hoc desperatio vñ  
 de sex peccatis in spiritum sanctuz est. Mat. xij. vt le  
 gitur ⁊ no. de pe. di. i. §. potest etiam. in gl. peccatuz in  
 spiritum sanctum ⁊ c. Est autem nedum desperation  
 verbalis ⁊ mentalis: sed etiam quodammodo actua  
 lis. c. bonum. xxij. q. iij. de illis. licet quis verbo non  
 desperet vel mente. s. continue peccare: ⁊ nunqz peni  
 tere. Et de talibus dicit Hiero. q̄ assidue peccantium  
 non miseretur deus. xcij. di. diaconi. v. in fi. Et pecca  
 tor quum in profundum malorum venerit contem  
 nit. Prover. xviii. xvij. di. nec licuit. extra de iudi. cuz  
 non ab homine. §. i. De bona temporis occupatio  
 ne contra acidiam. ⁊ eius filias maledictas. extra de  
 renun. nisi cum pridem. §. veruz. ⁊ de con. di. v. nūqz.  
 Inter alia remedia contra acidiam est consideratio  
 pene future. Hier. i. Quid tu vides Hieremias? Vir  
 gā vigilantem ego video. Virga vigilans a somno  
 acidie est consideratio pene eterne ⁊ iudicij finalis.

De vitio superbie religiosorum quorundā. Cap. 76.



Liud vitium aliquorum reli  
 giosorum istius temporis qui  
 habent commune cum alijs se  
 cularibus: ⁊ vere plus q̄z alijs se  
 culares: est tumida ⁊ acephala  
 superbia. Superbia autem se  
 cundum Climacum in gradu.  
 xxij. de superbia. est dei negotio:  
 demonum inuentio: respectio hominum: condem  
 nationis

Tedium  
vite.

Despera  
tio.

Ventosa  
religiosos  
rū supbia

nationis et iudicij mater: laudum proles; instructis  
cationis argumentum: a dei adiutorio effugatio: no  
spiritus sed carnis ectasis precursor et ametie: lapsu  
et ruinarum conciliatrix: defectionis occasio: furoris  
fons: hypocrisis porta: demonum firmamentuz: pec  
catorum custos: iniuriositatis adiutrix: compassio  
nis ignorantia: rationis amarus punitor et exquisi  
tor: exactor erudelis et inhumanus: dei luctator con  
trarius: blasphemie radix. Initium superbie, finis va  
ne glorie. Ad hunc contemptus proximi: et laborum  
propiorum et dolorum inuercunda propalatio: lau  
dis cordialis amor: redargutionis odium. Finis ve  
ro negatio dei adiutorij: et proprie festinante et solici  
tudinis extollentia. Mos demoniacus. Altius sapiens  
monachus contradicti vehementer. humile vero sa  
piens contradicere nescit. Designatur arrogans mo  
nachus et superbis corde obedientiam possidere. Ut  
altus corde desiderat principatum. Superbis deus  
resistit. Jac. iii. i. De. v. Quis ergo horum valet mi  
sereri? Immundus est coram deo omnis arrogans  
corde. Prover. xvij. per alia illa de pe. di. ii. si. n. ultra  
col. ver. petrus. Et quis de cetero eos mundare vale  
bit? Correptione et disciplina, superborum ruina et la  
psus. stimulus vero, demon Berelictio auctor et ectasis  
mala et amentia. Qui amouet a se redargutionem: pas  
sionem significauit. Qui odit correctionem: vestigium  
est peccatoris. Eccl. xxj. Accedens vero a vinculo sol  
uit. s. peccato. ps. cxv. Birupisti vincula peccatoris.  
Superbia est dinitiarum spiritualium et sudorum pa  
ditio. ps. xvij. Clamauerunt nec erat qui saluos face  
ret penitus. qz cuz superbia clamauerunt ad dñz. et no  
exaudiuit eos penitus. qz causas contra quas orabat  
non abscederunt. Senex redarguebat superbientem  
fratrem. ille vero ait. Indulge pater: qz superbis no  
sum. et senex ad eum. Et qualem ait fili euidentiores  
ostensionem istius nobis vitij exhibebis: qz et dice  
re, superbis non sum. Holi arrogans altum sapere:  
quum sis terrenus. Multi. n. de celis electi sunt qui  
fuerint immateriales et sancti. Isa. xiiij. de pe. dist. ii.  
principium. t. c. si. n. inquit. Monachus pprie est  
non elatus oculus, humiliis ale intutus, et immotus  
corporis sensus. Monachus est qui impugnatores  
instar bestiarum aduocat et irritat quum fugiunt ab  
eo. Monachus est incessabilis excessus et tristitia vi  
te. ii. Cor. vij. Monachus est qui ita afficitur et quali  
ficatur virtutibus: sicut aliis delectationibus vicio  
sis et concupiscentijs. Monachus est incessabile lux  
men in oculo cordis. Monachus est abyssus humili  
tatis. Superbia est nouissima aie penuria: divitias  
scilicet spirituales. i. virtutes phantasticas: et lumine  
in tenebris: videre se arbitrans. Monachus superbis  
demon non indigebit. ipse enim de cetero sibi ipsi fa  
ctus est demon et impugnator. In cordibus superbis  
sunt verba blasphemie. Progenies superbie sunt  
spiritualium ruine et lapsus, ira, detractio, amaritudo,  
furor, et clamor, blasphemia, hypocrisis, odium, iniuria,  
contradiccio, voluntatis proprie complacentia,  
et regulatio, imperfusabilitas, et inobedietia. Nemo  
potest venire in cognitionem dei nisi per humilitatem.  
Via eundi sursum est ire inferius. Omnia per  
periculosa et omnes casus magni qui acciderunt in mu  
ndo: non nisi per elevationem capitum acciderunt. sicut  
apparet in lucifero creato in celo. Isa. xiiij. Luc. x. de  
pe. di. ii. si. enim. ad. ii. t. c. principiuz. Et in Adā in  
obedientie. Ben. iij. xl. di. quelibet. xj. q. iij. qd ergo. Et  
in pharsleo euangelico. Luc. xvij. Et oia bona qz fa  
cta sunt magna: propter inclinationem capita facta  
sunt. sicut patet in beata virgine. Luc. j. xxvij. q. iij. S. j.  
Et in publicano. Luc. xvij. Et in latrone scđ. Luc.  
xxij. de pe. di. i. importuna. et pluribus alijs. Dixit  
quidam. Non possemus nos habere vim molam  
grauem: que faceret nos semper caput humiliare? c.  
Mat. xviii. ibi. Expedit ei ut suspendatur mola ast  
naria in collo eius. ex de renun. nisi. q. pro graui. Et  
dixit ei quidam. Quomodo possemus nos effugere  
istam superbiam? Residit Egidius. Tua tibi inde  
manus ubi posueris os: ubi tenes pedes. Si consi  
deres beneficia dei: debes inclinare caput tuum. Si  
consideres peccata tua: debes inclinare caput. Ne aut  
illi qui vult honorari de malitia sua. extra de ex. pre  
qz graue. lxxvi. di. donare. Si persistas coram dño  
integre te ipsum vituperans et inculpans superbiam  
quasi araneam reputabis. de pe. dist. i. veritas. sub. q.  
quecumqz. Equus vero superbie vana gloria est fu  
per quem ascendit. sancta vero humilitas seipsaz in  
culpans atqz vituperans deridebit equum etiam ascen  
sorem eius. in cantico Moysi Exo. xv. Serapioni  
in colla. de. viij. vitij. Superbie genera sunt duo. Pri  
mum carnale. s. de gloria mundi et carnis. Secundum  
spirituale. quod est etiam periculosius. Illos namqz  
specialius impugnat quod in quibusdam virtutibz  
profecisti reperit Abachuc. j. Libus eius electus. vbi  
Hiero. Job subuertere querit. et denorato Iuda ad  
turbando apostolos expedit potestatem. Luc. xxij.  
de pe. di. ii. si. n. ad tres colum. ver. frustra. Est super  
bia in religiosis sicut et in alijs. In ornatu et habitu  
delicato. Hester. xij. Tu scis infirmitatem meam et  
necessitatem meaz: qz abominer signum superbie et  
glorie mee quod est super caput meu. In vestitu ne  
glorieris vncz. Eccl. xj. Et dives ille indutus erat  
purpura et byslo ad suam ostentationez. Luc. xvij. de  
hac. xxi. q. iij. c. j. t. c. di. contra morem. Iaz religiosi  
irreligiosi contra eorum regulas et statuta in vestibz  
preciositatem querunt. si possunt. non utilitate. Len  
gitudo per terram serpit. plicatur cum faturis subtiz  
lissimis. multe sunt. capitia post nates descendunt. am  
plitudo eius ut tentoriuni est. Chordula minorum  
subtilis et alba plurimis nodulis terraz tangit. Qd  
a Francisco humili pro dedecore datu est. priuignus  
eius accipit ad decorem. Crucis habitus crucem co  
culcat. quales foix tales intus. xlj. di. q. si. Vide. j. q.  
se. ver. contra superbiaz ornatuum in isto. c. et in ver.  
in qua preciositate. cum. iij. se. Item est in actu. ps. c.  
Non habitabit in medio domus mee qui facit sup  
biam. Exemplum de Henrioth superbo robusto ho  
minum oppressore. Gen. x. vi. di. q. si. in si. Itē super  
bia in verbo. sicut in Antiocho. ii. Bacha. ix. Et in  
Sennacherib et Rapsace principe suo. Isa. xxxvij.  
t. xxvij. ps. xvij. Os eorum locutum est superbiam.  
xlvj. di. c. j. de pe. di. ii. si. n. ultra medium. ver. nonne.  
ibi. loquuntur grandia. Et totus eoz sermo superbis  
est. Qd ad literā religiosos precipue tangit. qz et in  
disputationibus et p̄dicationibus et cōibus locutio  
nibus arrogāter et pompatice loquuntur et actus et se  
gna superbie ostenduntur. Et se extollunt et laudant. et noua  
et subtilia sari gestiuntur. et suas opiniones magnificare:  
et aliquo deprimere et cōculcare. nec patiuntur sibi ab  
aliquo cōtradici. et ostentant qz sciūt et nesciūt et qz no  
intelligi frequenter exponunt et simulat se intellige  
re. qd phibet. Chalcedonēse cōcilium. xvij. q. iij. qd am  
monachoz. Et contra illud quod dicit Amb. in li  
de officijs: et est. vi. q. iij. sigs vero. ibi. Quoniaz veris

tatis ea regula est: ut nihil facias commendandi cātui quo minor alius fiat, neq; si aliquid boni operis habeas: id ad deformationem alterius & vituperationem exerceas. Nam & aliorum honores non debent esse alijs occasio nocēdi. C. de statu & imagi. l. vlti. Nec aliquis debet appetere per qd honor aliorum imminuat. ps. lxvij. nullus. Item superbia in loco. ps. lxvij. Superbia eorum qui te oderunt ascēdit semper. Et tales religiosi appetunt ad literā primas cathedras in synagogis: primos accubit in cenis. Mat. xxij. vbi Rabanus. Notandum q non salutari in foro, non primo sedere vel discumbere vetat eos quibus hoc officii ratione competit: sed eos qui hec sine habita sine non habita indebet amāt: a similibus quasi improbos docet eos cauendos. Hec superbia pro loco vel in loco. xlviij. di. S. j. cū. ii. c. se. ver. elatio. Et superbia proprie diabolo attribuit. Luc. xij. Recumbe in nouissimo loco. Contra hāc quadruplicem species superbie attende christi quadruplicem humilitatem. Luc. ij. Inuenietis infantem i. dō fātem: contra superbiam in verbo. Nam in uolutū contra superbiam in ornatu. Et in uolutū, cōtra superbiam in actu manuum vel in cēsi pedum. Positum in p̄sepio contra superbiam in loco. Item Greg. quadruplicem superbiam ponit principaliter in moralibus. Una est quāz quis quod habet: a deo se habere non recognoscit, cōtra illud Ro. xj. Quis prior dedit illi: & retribuetur ei: qm ex ipso: & per ipsum: & in ipso sunt oīa. Et. j. ad Cor. iiiij. Quid habes quod non acceperisti? Si autem acceperisti: qd gloriaris quasi non acceperis? Unus magnus gradus humilitatis est in homine: cognoscere semper se esse cōtra rium bono suo. Ramus humilitatis & donū est redere aliena & non sibi appropriare ea. hoc est oīa bona deo attribuere cuius sunt: & sibi mala. Jac. j. Nō donum &c. h. q. j. q̄ pio. Beatus qui se habet vilē coram hoībus: sicut se vilem inuenit coram deo. Beatus qui se iudicat nunc: q̄r non veniet in alium iudicium. j. Cor. xj. de pe. di. j. iudicet. Beatus hō q̄ ambulat fideliter ad iudicium & ad obedientiaz alterius. Hoc enim fecerunt apli etiam repleti iam spiritus antro. xxij. di. in nouo. xcij. di. qui cathedram. Qui vult pacem & tranquillitatem habere: omnem hominem reputet superiorē suum & dñm. Luc. xxij. Qui maior est in vobis fiat sicut minor. Idez. Mathei. xx. Beatus ille qui non vult videri in suis verbis & morib; nisi in illa compositione in qua diuina gratia compositum est. Mat. vi. Attendite ne iustitiam vestram faciat coram hoībus vt videamini ab eis. Alia est quām quod habet boni t̄p̄alis vel spirituālis: suis meritis se reputat habuisse. Pro id. j. ad Cor. xv. Gratia dei sum id quod sum. Si aut̄ gratia iā nō ex operibus: alioq; gratia iam non est gratia Ad rom. xj. j. q. j. gratia. Alia est quām qs se iactat vel reputat habere quod non habet. contra id Apoc. iij. Biscis q̄ dīnes sum & locupletatus: & nullius egeo: & nescis q̄ tu es miser & miserabilis & pauper & cecus & nudus. Alia est quām quis non appetit q̄ aliquis habeat quod ipse habet & singulariter vult in oībus apparere. Ita est superbia istius euangelici pharisei. Luc. xvij. qui ascendit in templum, dicens. Nō sum sicut ceteri hominum. Iste inuidi sunt filij superbiorū. q̄r in ater inuidie h̄z Aug. superbia est. vnde dicit. Tolle matrē: nō erit filia. q̄ superbis patē non patif. sicut patet in lucifero. Esa. xij. & de pe. di. ii. principiū. Addē hic quod scripsi. j. & prox. ver. j. Joan. cassi. in

xij. li. de spiritu superbie. Huius bestie immanis & se-  
uissime duo sunt genera. Unus quo spirituales viri,  
summiq; pulsantur. Aliud quo incipientes peniten-  
tiam carnaleq; complectitur. Quemadmodum ve-  
ro huius morbi virus perniciōsissimum deuitemur,  
instrui poterimus si ruine angelice causas atq; origi-  
nem prosequamur. Esa. xij. Lucifer namq; induit  
divina claritate, & inter ceteras superbias virtutes cō-  
ditoris largitatem p̄fulgens. de pe. di. ii. principiū. &  
splendorē sapientie & virtutum plenitudinez qua  
ornabatur gratia conditoris nature sue potentia nō  
munificētē illius beneficio se credidit obtinere. Et  
ob hoc elatus tamq; qui ad perseverantiam purita-  
tis huius diuinō non egeret auxilio: deo se similem  
indicavit: ipote qui nullius indigeret. ps. xv. Bo-  
norū meorum non indiges, quemadmodum deo  
auxilio liberi scilicet arbitri libertate confisus per il-  
lā credens asiluenter sibimet oīa suppeditari q̄ ad  
consummationem virtutum vel perennitatē sumi-  
me beatitudinis pertinerent. Hec ei sola cogitatio sa-  
cta ruina est. ob quam desertus a deo quo se credidit  
non egere instabilis repente ac nutabundus effect,  
& infirmitatem proprie nature persensit: & beatitudi-  
nem qua dei munere fruebatur amisit. Et q̄ dixerit  
ps. li. verba precipitationis: quibus dixerat. s. corde:  
In celum concendam. & linguam dolosam qua vel  
de se dixit. Esa. xij. Ero similis altissimo. vel de Adā  
& Eva. Eritis sicut dij. Gen. ii. ps. li. deus destruet il-  
lum in finem. euellet eum. & emigrabit de tabernacu-  
lo suo: & radicem suam (superbos charactere superbie  
infestos. Apoc. xx.) de terra viuentium. Tunc ruinā  
eius iusti videntes timebunt, electi & boni angeli. de  
conse. di. i. hi. duo. & super eum ridebūt dicētes. (Ab  
etiam ad hos qui sine protectione & auxilio dei sum-  
mum bonum perficere confidunt. xxij. q. ii. quidaz  
ver. pelagiani, extra de here, ad nostrum. ver. v. in cle-  
mē. iustissime dirigetur.) Ecce homo qui non posuit  
deum adiutorē suum, sed sperauit in multitudine  
diuinarum suarum. & preualuit in vanitate sua. Lō  
tra hanc superbiam David ps. cxix. Domine non  
est exaltat̄ cor meū: neq; elati sunt oculi mei. Neq;  
ambulauit in magnis neq; in mirabilibus super me.  
Si non humiliter sentiebā &c. Et iterum ps. c. Non  
habitabit in medio domus mee qui facit superbias.  
Iterum orat. Non veniat mihi pes. s. affectus super-  
bie. sciens q̄ deus superbis resistit. Jac. iiiij. t. i. Id.  
v. Sed notanduz quare singulariter dicitur q̄ deus  
superbis resistat. Alia uamque virtus vel in vnum:  
quāz delinquentiū tantummodo retorquetur. vel  
in suos participes. i. in alios hoīes videntur admit-  
ti. Hoc vero proprie pertingit ad deum: & eum specia-  
liter dignum est habere contrarium. Item q̄ sicut  
dicit. Ego sum Exo. iiij. Jo. viij. Ita oīs superbis di-  
cit. Ego sum scilicet bonus sapiēs, pulcher, nobilis,  
dīues, Apoc. iii. & supra ybi alia. & sic quodammodo  
deum se facit. sicut satyan deo similem se esse voluit.  
Esa. xij. Unde Ezech. xxvij. Dixi. Deus ego suz.  
& in cathedra dei sedi. Hanc superbiam luciferi chri-  
stus sua humilitate curauit. Ille dicit, in celum con-  
scendam. Esa. xij. Iste dicit. in ps. cxlii. Humiliata  
est in terra vita mea. Ille dicit. Ero similis altissi-  
mo. Iste quām in forma dei esset: semetipsum ex-  
inanuit & humiliavit formaz serni accipiens. Phil.  
ij. Ille dicit. Esa. xij. Super astra dei exaltabo so-  
lium meum. Iste dicit. Mat. xj. Biscite a me q̄ mis-  
tis sum & humiliis corde. Iste dicit. Mescio dominū  
& israel

Lur deus  
resistere  
dicatur su  
perbis.

et israel non dimitto. Exo. v. Iste dicit: Si dixeris quod non noui eum: ero similis vobis mendax. Joa. viiiij. Quidam frater probatissimo seni confessus est. virtus carnis se grauiissime impugnari. Nam contra vsum nature desiderio patiendi magis quam inferendi ignoriam intolerabili est libidinis vrebatur. Vide quod no. xxxij. q. vii. adulterij. in gl. ii. Lui senior originem morbi preuidens graniter ingemiscens ait. Lazarus nequam spiritui tradi te dominus nequaquam permisisset nisi aliquid blasphemasse in eum. quod ille confessus est. s. in dei filius se cogitatione impia blasphemasse. His indicibus superbia agnoscit. Inest primitus in loque la eius clamor. In taciturnitate amaritudo. Excelsum et effusus in letitia. Risus irrationabilis. In serietate tristitia. In responsione rancor. Facilitas in sermone. Herba passa sine villa cordis gravitate erupentia. Expertus patientie. Incompassius. Audax ad contumelias irrogandas. Ad tolerandum pulsulanis. Ad obedendum difficultis. nisi in quo eum desiderium suum voluntasque prenenerit. Ad recipiemdam exhortationem implacabilis. Ad resecandas voluntates infirmus. Ad succumbendum alijs durissimus. semperque suas definitiones statuere contendens. ipse vero nequaquam cedere alterius acquiescens. Et ita sit ut incapax consilij salutaris effectus: suo potius credat quam iudicio seniorum. Nullo modo poterit in anima virtutum structura consurgere: nisi priuia facta fuerint vere humilitatis in corde nostro fundamina: que firmissime collocata perfectionis et charitatis culmen valeant sustinere. ita videlicet ut primum fratribus nostris humilitatem veram intimo cordis exhibeamus affectu: in nullo scilicet acquescentes eos contrastare vel ledere. quod nullatenus poterimus implere: nisi renuntiatio vera: que in expiatione omnium facultatuz ac nuditate consistit: in nobis fuerit christi amore fundata. Deinde obediens ingum et subiectio simplici corde ac sine villa fuerit simulatione suscepta. ita ut preter abbatis madatum nulla penitus voluntas viuat in nobis. Quod non aliis poterit obseruare: nisi qui non solu se mortuum huic mundo: verum insipientem indicauerit ac stultum vniuersaque que fuerint a senioribus imperata: sine villa discretione perficiat sacrosancta ea credens ac diuinatus promulgata. hucusque Joan. cassi. Superbia est timor animi repletus sanie. Aduentus superbie renodoxia nuntiat. Ne dederis in superbiam animam tuam: et non videbis phantasias horribiles. Anima superbi derelinquitur a deo: et demonum efficitur gaudium. Per diez conturbans cogitationum formidine, et umbram aiuorum expausecit. Vox soli superbo saudorem incutit. Superbus monachus arbor sine radice: et non suffereret impetus ventorum. Qui concenderis in virtutum culmina. tunc tibi cautela plurima necessaria est. Qui non in paumento cecidere: rit: velocius surgit. Qui vero ab alto corruevit: mortis periculum sustinet. Egidius. Beatus qui abscondit revelationem domini. quod nihil occultum quod non reuelet deus quum vult. Siquis est sanctior in hoc mundo: et reputaret se viliorem de mundo: in hoc est set humilitas. Humilitas nescit loqui: et patientia non audiit loqui. Humilitas mihi esse videtur quasi fulgur. Sicut enim fulgur facit percussionses terribiles: et postmodum nihil potest inueniri ex eo. sic humilitas dissipat omne peccatum: et est inimica omnis peccati: et facit hominem seipsum mihi reputari. Per hunc militatem inuenit homo gratiam coram deo et pace

cum hoibus. Sicut enim si aliquis magnus vellet mittere filium ad aliquem locum: non poneret eum super equum indomitum irosum et calcitrosum: sed super equum mansuetum et suauiter ambularem. sic deus non ponit gratiam suam in superbis: sed humiliis. Chrysostomus. Humilis a nulla capitur passione. non ira hunc molestare potest. non glorie cupido. non emulatio. non zelotypia. Aug. Hergite viam pede humilitatis. Ipse exaltat humiliter sequentes: quem descendere non piguit adiacentes. Aug. Alta flectuntur et vacua res plentur. Nunquid qui humiliis dat gratiam: humiliis auferat datum? Iacobus iiiij. Ergo argumentum superbie est subtractio gratie. in ps. xvij. Et emundabor a delito maximo. gl. i. superbia. Eccl. x. Est odibilis cor a deo et hominibus superbia. et. j. Quid superbis terra et cinis? et. j. Initium superbie hois apostatare a deo. quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius. quoniam initium ois peccati est superbia. qui tenuerit illam adimplebitur maledictis. i. vitiis. Interlinearis gl. dicit. Superbia nascunt schismata. hereses. detractiones. inuidia. verbositas. iactantia. contumelias et hominum. Esaias xxviii. Ut corone superbie effraym Sap. v. Quid profuit nobis superbia? dicunt damnati. Eccl. iiij. Synagoge superbos non erit sanitas. Burritissimum verbum contra superbos: quod hoc vitium non sanat. Ultimum superbie caput est serpentis antiqui. Ben. iiij. Ipsa ceterer caput tuum. Serpens modica percussione capitum extinguitur. Hiero. Lubricus est antiquus serpens. nisi capite teneat: totus statim elabitur. Caput vitiorum superbiam fugere debemus. de quo capite. Non est caput nequam super caput colubri. Eccl. xxv. Extincto hoc capite facile alia vita extinguntur. Chrysostomus. Tolle hoc vitium, ut non velint hoies hoibus apparere: et sine labore oia vita resecantur. David Goliath in fronte percutit et occidit. i. Regum xvij. Et (sic. n. interpretat) David. manu fortis. superbiam extinguit. et israel. aia videns deum liberat. Superbia turris Babel est. que vult celum per tingere. Ben. xij. quod superbia preci pue celestes et spirituales et religiosos impugnat. et magnam partem deicit. ps. xc. Unde a dextris cadunt decem milia. Superbia natione celestes impedit mentes. Et frater Jacobus tudertinus ait. Superbia in celis sedet: humilitas in sterquilino. super illud ps. xvij. Si mei non fuerint do. tunc immaculero. et emun. a deli. maximo. Dicit gl. Ultimum superbie ultimum redeuntibus ad dominum: et primum receperintibus. Alijs vitiis fugientibus superbia in campo remanet: non cessans ab impugnatione hominis quadiu viuit. Item super pre. ver. Tunc immaculatus ero. gl. Superbia est initium et causa omnis peccati. qua qui caret vere est immaculatus. Job penit. Ipse est rex super omnes filios superbie. Greg. Euadentissimum signum reproborum superbia est. humilitas electorum. Quum ergo quis ea habere cognoscitur: sub quo rege fit vel militet inuenitur. Superbus imago diaboli est per similitudinez et eius characterem portat. Apoc. xix. Greg. Apostate angelo homo similis efficitur: dum homo hominibus similis esse dignatur. Proverb. xij. Inter superbos semper iurgia sunt. In ps. i. In cathedra pestilentie non seddit. gl. Pestilentie est morbus late peruvagatus: quo pene omnes inuoluuntur. hic est amor dominandi: quo vir caret aliquis. quoniam pauci euadunt quibus libido dominandi non dicitur. Beren. Fornicator semetipsum dehonesta. Inuiriens proximum molestat. Elatus quantum in se est deum in honoret. Glo-

Riam meam alteri non dabo. *Esa.* xlj. ait dñs. Et superbus. Et ego eam mihi eti non dederis usurpabo. *Job.* xxij. Osculatus sum manum meā ore meo. q̄ est iniquitas maxima. q̄r victoris sui gratiā negare conuincit. ad *Ro.* vij. Victoria aut p̄ Jesum chistum. quisquis sibi tribuit qd̄ operaf. Item Greg. Quum oia vita a deo fugiant: sola supbia se deo opponit. Sup illud *Job.* xv. Pingui cenuice armatus est. Leriūx est opulenta supbia affluētibus reb⁹. Autu. Hermis diutiarum supbia est. Itē Greg. Quanto coram hoībus est glorioſior: tanto coras deo et angelis eius eris vilior. *Amos.* vi. Detestor ego superbiam. *Proverb.* vj. Odit deus oculos sublimes. Hugo de sancto victore. Superbia aufert mihi deuzānuidia proximum: ira meipsum. Greg. Propter magnū peccatū superbie deus humilis venit. *Phil.* ij. Iste ingens morbus animarum omnipotē me dicum de celo adduxit: vſq; ad formaz serui humilia uit: contumelias egit: ligno suspendit: vt salute tante medicine curaref hic tumor. Erubescat homo esse superbus: p̄ quod factus est humilis deus. *Esa.* v. Humiliabitur vir: et oculi sublimium deprimentur. *Hie re.* l. Ecce ego ad te mons pestifer. *Abdi.* j. Si exaltatus fueris. zc. ps. xxv. Retribuet abundāter facietibus superbiaz. Cadit per superbiam lucifer de celo. *Esa.* xiiij. xv. q.ij. vij. xl. quelibet. Adā de paradi so. xl. di. pre. c. quemlibet. z. c. adaz. de pe. di. ij. S. romanos. ver. adam. et ver. item sine charitate. z. c. q̄no. c. princeps. c. qm̄. Saul de regno. j. Reg. xv. de pe. di. ij. fugarat. Layn a dei gratia. q̄r superbis peccatuz non luit p̄fiteri. *Gen.* iiiij. d. pe. di. i. S. ex his. v. cayn quoqz z. c. serpens. Roboam priuatur decem tribubus. qui ait. Minimus digitus meus grossior est dorso p̄fis mei. *ij. Reg.* xij. viij. q. j. deniqz. Sennacherib punif. *Esa.* xxvij. Superbia tua ascendit zc. Nabuchodonosor. *Dan.* v. de pe. di. i. S. ex his. ver. nabuchodonosor quoqz. c. quemobrem. Et Holofernes. *Judith.* vj. z. xiiij. z. xv. Et Amā. *Hester* vj. Antiochus. ij. Ma cha. ix. Pharisaeus. *Luce.* xvij. Petrus presumens. *Mat.* xxvj. l. di. fidelior. *Proverb.* xv. Abominatio dñi est ois arrogans. *Sap.* iiiij. Birumpet deus inflatos. Super illud. j. Macha. vi. de Eleazar elephante interficiente. et ab eo opp̄ressus est. gl. Sub hoste quem occidit: moritur: qui de culpa quam superat: eleuantur. Greg. Valde male dijudicant: qui ad mercedem eorum sufficere humanos saures putat. Itē. Quum pro bono opere laus transitoria queris: res eterna retributione digna vili precio venditur. *Job.* xvij. Consumat brachia ipsius primogenita mors. gl. ibi primogenita mors est supbia initiu ois peccati glos. sup illud *Joan.* vi. Nec est voluntas eius. Detumentibus perit. de pusillis nihil. *Ecli.* iiij. Synagoge superbior̄ non erit sanitas. *Job.* xvi. Luctus diebus vite sue supbit impi⁹. Aug. Nemo iusanabilior eo q̄ sibi san⁹ videt. Ber. Scio lōge esse a salute mē brum qd̄ obstatuit: et egruz se nō sentientē pieulos⁹ laborare. Seneca. Ideo ad sanitatē difficulter puenimus: q̄r nos egrotare nescimus. Supbus nō vider Aug. Tumor claudebat oculos meos. et ideo non timet. Timor dñi sanctus oēm tumorem expellit. et custodit oia illa bona q̄ nō possunt dici nec cogitari. qd̄ donū q̄r magnum est paucis datum est. Qui non timet: ostēdit se nō habere qd̄ perdit. Timor dei regit homines: et facit eos venire in gratiam dei. quam si homo habet: timor dei conseruat eaz. et si non habet. facit ad eam peruenire. Omnes creature que cecide-

runt. nunq̄ cecidissent: si hoc donuz habuissent. Ec cle. xxvij. Si non in timore dei firmaueris te instanter: cito subueretur domus tua. Hoc sanctum donū non est nisi sanctoz et sanctaruz: et q̄i aliquis est magis gratosus: magis est humilis et timoratus. Species superbie due sunt. Una est interior: altera exterior. Interior in superbiam intellectus et superbiam affectus dividitur. Superbia intellect⁹ quatuor habet species. Prima laborant philosophi dicentes. ps. xj. Labia nostra a nobis sunt. qs noster dñs est? Secunda ingrat. q̄r putant se habere bona pro meritis. Bern. Exaggera queuis merita: et extolle fudores. ps. lxij. Adelioz est misericordia dñi super vitas. Contra hanc *Paulus.* j. ad Cor. xv. Gratia dei sum id quod suz. et supra diri. et ps. cij. Qui coronat te in misericordia et miserationibus. Tertia qui magnus est et magnum se reputat. quod est maxima in intellectu superbia. quod apparet per contrariā eius virtutem. Be qua Bern. Magna est et cara et rara virtus projecto mirabilem te apparere: et contemptibilem reputare. ego hoc ceteris virtutibus mirabilius indicō. Et iterum idem. Magna prorsus et rara virtus humilitas honorata. Et Chryso. Hoc vere magnum et mirabile est: si is qui vere magnus est. nihil de se magna sentit aut loquitur: sed omnium se. vltimum iudicat. *Proverb.* xxvj. Vidiſti hominē sapientem sibi videri: magis illo habebit spem stultus. Et talis deo ingratissimus est. quia de suo beneficio gloriatur. Bern. Numquid perit quod datur ingrato? Quarta species est q̄ talis non vult sibi parē vide re: sed solus super omnes sedere. Addē hic quod scripsi supra in. S. proximo. ver. Itēz Greg. De hoc Hieronymus loquens contra prelatos. Bñci patrimonij damna conqueritis: duz soli vultis in ecclesijs potentari. Non sic Abraham. *Gen.* xviii. Loquar ad dominum quum sim puluis et cinis. Abi Greg. Aper te cernimus in quo loco se posuerat: qui se puluerem et cinerem etiā quū loqueretur dño estimabat. Qua ergo pena seriendi sunt. qui ad summa non pficiūt: et de infimis se extollunt? Ber. Noli te cōparare maioribus: noli minoribus: noli alicui noli vni. Qui nscis an minus ille cuius vitam sceleratissimaz ac singulariter feridam horres: et propterea spernis: melior te in se quidem futurus sit: in deo vero iam sit? Recube ergo in loco nouissimo. *Luc.* xiiij. Idez. In aia nō est timenda quantalibet humiliatio. Horrenda autem nimiumqz pauenda vel minima presumpta eretio. sicuti si quis ingreditur per ostium bassum: non est periculuz quantumcumqz se inclinauerit. nocet autem plurimum: si plus qz mensura ostii patif te ereris et impingas et conquassato capite collidaris. Ber. Pharisaeus exflauit misericordiam: dū disimulauit misericordiam. *Luc.* xvij. Item Ber. Nolo vt nulqz arbitris lucere solem communem: nisi in cœla tua. nulqz esse serenum: nisi penes te. nulqz operari gratiam dei: nisi in conscientia tua. Malo te cogitare vbiqz esse serenum nisi apud te: et peius de te qz de alio estimare. Super illud *Mat.* v. Qui autem dixerit fatue zc. gl. Non modicus furor est quem deus sapientie sale condidit infatuatū dicere: et salienti deo derogare. Item Ber. Qui perfecte examinando se metipsum intelligit: suo p̄ctō nullius peccatuz existimat maius: qd̄ nō fuit suū intellectus. Timēda etiā est supbia in affectu. Un et dñs distulit incarnari: vt p̄sumptio cessaret humana: q̄ nec naturalem nec scriptam legē p̄ se poterat adimplere. Propter hoc etiā

deus

de aliquoties permittit aliquos cadere in aliquod mortale: ut non presumant. Aug. Audeo dicere super his esse utile cadere in aliquod mortale apertuz pecatum. unde sibi displiceant: qui sibi iam placendo ceciderunt. Salubrius enim Petrus quando fleuit sibi displicuit: quod placuit quum presumpsit. Ad hoc l.di.considerandum. et c.fidelior. Item Augustus.super ps. xxx. Infirmata est in paupertate virtus mea tc. Non firmaretur (inquit) nisi infirmaretur. Multos impedit a firmitate presumptio firmitatis. Itz Greg. David cadente nemo superbiat. i.q.vij. si quis omnem de pe. di. iij. ille rex. De speciebus presumptionis. Una est quum aliquis presumit quod alij non presumunt. ut in opinionibus, in conscientia, et in audacia extreme vite, in hoc infirmo tempore et carnali, aggrediens perfectoz semitas de egypto. que fuerunt gigantes: nos vero locuste. Numeri. xij. in fi. Alia species, quando aliquis confidit et presumit de viribus suis vel scientia vel amicis. Hier. xvij. Ha ledictus homo qui confidit in homine tc. Esa. xxvij. Ecce confidis super baculum tc. xxij. q. iij. S. i. Tertia, quando aliquis presumit de victoria, qui adhuc est in bello. iij. Reg. xx. Non glorietur accinctus tc. Et vocat glos. accinctum illum qui adhuc est in armis et in acie. discinctum vero: qui vitor est et arma deposituit. Et ideo dixit quidaz pater fratri dicentes se mortuum. Et si tu mortuus es: diabolus mortuus non est. Greg. Quis vero tute potest laudari: qui et de preterito meminit se habere quod doleat: et de futuro videt sibi superesse quod timeat? Alia quando quis de perfectione presumit: qui adhuc in inchoatione est. ps. lxxvj. et dixi nunc. Greg. Si a bonis inchoatis nolumus lassescere: necesse est ut semper credamus nos inchoare. Alia quum de peccato presument exire quum voluerit. Eccl. xxix. Repromissio ne quisimulta multos perdit. De superbia exteriori que appetet in ipso corpore hominis, in equis, in ornatu, in amplitudine familie, in coniunctis, in edificiis, in uteris, et libris deauratis, require in summa de viis, et tetigis supra in defectibus prelatorum in ista parte. iij. in. S. septima. in p. in. f. et in. S. nunc autem, ver. ostendunt. c. xvij. et tangam inferius. Est autem superbia membrorum: oris: collis: oculorum: pedum: et manus. De superbia oris ps. xi. Disperdet dominus vniuersa labia dolosa et linguam magniloquam. Prover. viii. In ore stulti virga superbie. xlvi. di. c. i. de pe. di. iij. si eniz inquit. post. v. col. ver. hi sunt fontes. ibi. Superbia enim vanitatis loquuntur. et j. Totus eorum sermo superbia est. De extollentia oculorum. Eccl. xxij. Extollentia oculorum meorum ne dederis mihi. Prover. vi. Odit de oculis sublimes. De superbia cervicis vel colli Job. xv. Currit aduersus deum extento collo. ps. cxvij. Dominus iustus concidet cervices peccatorum. De superbia ceterorum membrorum. Esa. iiij. Pro eo quod eleuate sunt filie sion: et ambulauerunt extento collo: et nutibus oculorum ibant: et plaudebant et ambulabant pedibus suis: et copioso gradu incedebant. Narrat Jo. cas. in lib. coll. collatione. i. Sereni de spiritu ritualibus nequitibus: quod sunt quidam demones dicti cacubi homines inficienes: ut nunc se erigant quodam inani tumore supra proceritatem sui corporis: nunc vero se velut acclives et humiles submittant. Qui vero demones supra gentez vanigloriosam Hispanas supra ceteras nationes: que de sordibus barbe et capitis et manuum et vnguium gloriatur: plenū dñnum acceperunt. qui coiter a talibus demonibus

agitati presertim eorum nobiles nunc caput inclinant: nunc eleuant: oculos trans celum levant. xxxvij. di. nonne. nunc in terram desigunt: neminem recte viri inspicientes. cum medio tantur ore: vix loquela pronunciantes. pedes obliquant per dena: non facientes gressus rectos. contra id. xlix. di. c. ij. ver. claudus. totos se torquent sive equitantes. sive peditantes. brachia nuda etiam mulierculae nobiles extendunt. manu ad latus ponunt. tibias super alias tibias vel genua ponunt discriminati et incompti. et quidam compiti nimis compiti et comati incedunt: capillaturam et ligaturam in ea sicut mulierculae facientes: et pannos longos per luta ducentes: lentes et pediculos in cerasie et barbis habentes. Contra apostoluz. j. ad Corin. xj. Vir quidem si comam nutriat: ignominia est illi. ab una parte scissa tunica latus aperte portates: stercus in capite, et aurum in pedibus baiulantes: brachia usque ad cubitum discoverta habentes. alii qui ex lascivia camisis non vestentes: sotulares deauratos cum rostris longis et recurvis habentes: fodierat ruras mantellatorum sive de vario sive de pellibus albis cuniculorum supra latus sinistrum cubiti hominibus ostendentes: caudas retro in capillis et barbis et manicis habentes: capillos barbarum dividentes et complectentes: et alijs absq; numero gesticulationibus corporeis et actibus superbie et vane glorie abutentes: te in suis pessimis moribus et vitiis gloriantes. Contra quos Iaco. iij. Nunc autem exultatis in superbis vestris. Et poeta. Gloria peccati nulla petenda tibi. extra de excel. prela. quam sit. Contra superbiam eorum scilicet qui vix alios dignatur respicere rectis oculis: multum debet homo timere a superbia sua ne precipitet ipsum. Laue semper a teipso. Non est perfecta securitas homini: dum est inter inimicos suos. Inimicus vero est caro nostra et superbia nostra. et ipsorum cum demonibus semper est aduersaria anime nostre. Adiorem ergo timorem debet homo habere de superbia sua: ne precipitet eum quod de re alia mundi. Impossibile est quod homo possit ad gratiam dei peruenire sine sancto timore et humilitate. quam si quis non habet: signum est pereundi. Adeo hic quod scriptus. i. in. c. lxxvij. in. S. sunt autem. ver. frater egidi. Hic timor et humilitas facit flectere caput usque ad terras sub iugo obedientie. et quanto quod plus timet et humiliis est: plus orat. Magnum autem est cui datur gratia orationis que ipsam souet humilitatem. Opera autem hominis quantumcumque videantur magna non sunt finis estimationem hominis: sed finis estimationem dei: et ideo semper timendum est. et caput coram deo humiliandum. Totum meritum ex humilitate filia charitatis procedit. Greg. Superbia in oculis principatur specialiter. et prima sibi corrumpit humani generis membra: que initium est omnis peccati. Eccl. x. Proverb. xxx. Generatio cuius excelsi sunt oculi. Contra superbiam ornatum et vestium. Eccl. xi. In vestitu ne glorieris unquam. iad Timo. iij. Similiter et mulieres in habitu ornato cum verecundia: et sobrietate ornantes se: non in tortis crinibus: aut auro: aut margaritis: vel veste preciosa. gl. Mulieres dicit ornari in habitu ornato. i. cum religione ornante eas. Vult. n. apostolus eas esse ornatas virtutibus. et cum verecundia vultus. ut non sint attrite frontis: ut meretrices. nec tortis crinibus. i. crispis illis tortis auro et margaritis. Item. i. Pet. iij. ibi. Quarum non sit extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut indumenti vestimentorum cultus et c.

Vestium  
luxus ar-  
guitur.

Glos. Serico & purpura induit christum videre non possunt. Auro & margaritis & monilibus ornate ornameta cordis & pectoris perdiderunt. Quod si pestrus admonet mulieres coercendas & moderandas: que excusare possunt cultus suos per maritos. c. de conse. di. v. c. suncare. quanto magis id obseruare nefas est virginem cui nulla ornatissima competit venia. Lec. xvii. Homo quidam erat dives qui induiebatur purpura & abysso. glo. interlinearis. Hoc non nisi ad inanem gloriam. Greg. in homi. Nemo vestimenta preciosa nisi ad inanem gloriam querit. & ut honorabilior ceteris videat & qd pro sola in ani gloria fratres testatur: qr nemo vult preciosis vestibus vti vel indui vbi a nemine possit videri. Indutus erat Joannes pilis camelorum. Mat. iii. vbi Greg. Nisi cultus preciosus in culpa esset: non tam signanter diceretur qd dives indutus purpura torquetur apud inferos. Et Joannes indutus erat pilis camelorum. Deus primis parentibus tunicas pelliceas fecit. Bene. iiij. non sericeas. de pe. distin. i. adam post culpam. post. c. fleat. vbi dicit Ambro. de adam electio de paradiiso. Statim tunica vestiuit eum. scilicet deus. pellicea non sericea. Augu. Fatoe de preciosa ueste erubefco. Job xv. Saccum confui. Töne. iiij. Pinuerte & rex vestiti sunt fassis. Et Achab rex indutus est cilitio & facco. de pe. di. iiij. achab rex. Uelatis velamen est exteri. virtutes velamina sunt anime. de peni. di. ii. & romanos clapiens. & versi. ut cognoverunt. super illud. Jo. vij. Et eum qui venit ad me non ejiciam foras. glo. Superbus meretur foras ejici: qui nihil habet de bono interiore. Jo. viii. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est. Ber. Inueniunt curiosi quo delectent & non inueniunt miseri quo satientur. Cum periculo anime sue acquirunt unde oculos hominum passunt. Aug. Ecce omnia pulchra sunt cum impiis: & ipsi sunt turpes. Accedit qd cuida regi philosophus in barbam expuit. quem cum ministri regis vellent occidere: prohibuit rex. & quesuit ab eo quare hoc fecisset. qui respondit. qd quum alia loca purpura ornata essent: non inuenit locum turpiorum vbi siqueret. Quod rex audiens compunctus est. Ber. Omnis purpura illusionis est. postqz in ea dñi illumus est. Jo. xviii. Apoc. xvii. Mulier circu data erat purpura. Esa. iii. Beccaluit dominus verticem filiarum sion: & dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet dominus ornamentum calciamentorum & lunulas. Lunula est genus monilium. proprie sunt auree bulle dependentes ad similitudinem lune. unde lunulatus lunulis ornatus. Huguitio. Et torque. i. ligamentum tortum. aureus circulus circa collum a collo. vsqz ad pectus descendens. sic dictus qr sicut tortus. & est ornamentum virorum. unde torqueatus torque ornatus. Hug. Et monilia. Adonile vel munile est ornamentum pectoris mulieris. non hispanorum immundarum: quarum plurime maxime plebeie discooperiunt pectus & vbera. qr muniat pectorum mulierum: ne leccatores possint immittere manum in sinum earum. Hug. Et armillas. i. torques. brachia le dextrochirium. & sunt proprie virorum ab armis virtute collate. Hug. Et mitras. Aditra est pileum phrygium caput protegens. quale est ornamentum capitum denotatum. Sed pileum virorum est. mitra seminarum. Vel etiam mitra est episcoporum. extra de priu. vt apostolice. li. vj. Hug. Et discriminaria. Discriminaria sunt quibus crines diuini religantur. qr caput a viro discernant vel crines inter se. Et pe-

richelides. Perichelis. idis. est ornamentum mulierum circa brachia vel potius circa crura: quo gressus earum ornatur. Et murenulas. Murena vel murenula dicitur ornamentum feminarum. quod scilicet auri metallo lasciviu quadam inflexi ordinis contexitur in similitudinem murene serpentis. quod ad collum ornandum aptatur. interdum auri & argenti contexitur virgulis. Hug. Olfactoriola. Olfactorium est vas vnguentarium muliebre: in quo odorameta gestantur. & inde olfactiolum diminutum. Et inaures. hec inauris. i. annulus qui in aure perforata olim gestabatur. Et nunc etiam in hispania maxime in frontaria a multis dominabus portatur christianis. sed plus a mulieribus saracenorum & iudeorum. Et sindones. Sindon vocatur lineum amictuum feminarum: quo humeri teguntur. de conse. di. i. nemo. Et pallia. Pallium est quo ministrantium scapule teguntur. nedum ministrant impediti currant. Et linteum. de conse. di. i. nemo. & di. ii. si per negligentiam. Linteum. i. velum. & inde hoc linteum quod in lecto sternitur. Et theristra. Theristru est quoddam genus muliebris uestis subtilis estuavis & stricte visui peruvia. Therias enim estas dicitur. Contra tales vanam gloriam uestium. Chryl. Formosum est apparere. formosius est esse. Item Mat. xi. Qui molibus vestiuntur: in domibus regum sunt. xxi. q. iiij. c. j. vbi Greg. in homi. Nemo autem existimet in luxu atqz studio preciosarum uestium peccatum deesse. qr si hoc culpa non esset: nullo modo Joannem dñs de vestimenti sui asperitate laudasset. Et ne quaquam Petrus seminas a preciosarum uestium appetitu compelleret. i. Petr. iii. dicens. Non in ueste preciosa. & Mat. iiij. Joannes indutus erat de pilis camelorum. gl. Seruus dei non debet habere uestimentum ad decorum. vel ad delectationem: sed tantum ad tegumentum nuditatis. Contra uestium singulatatem & extraneitatem. Sopho. i. Hisitabo sup omnes qui indui sunt ueste peregrina. Contra multitudinem & magnitudinem uestiu. Mat. xxii. ibi. Magnificant simbrias. Hoc faciunt hodie nobiles mulieres: & quidam vaniliorosi hispani: qui brachia nuda habent: & pannos longos portant per lutum supra eorum suppura diabolus equitat: sicut quidam sanctus vidit. unde versus. Suppara longa gere si vis os omne tacere. Contra multitudinem uestiu. Jaco. v. ibi. Vestimenta vestra a tineis comesta sunt. iiij. Reg. v. de decem mutatorijs Haaman. Ber. Clament nudi. clamat famelici. & coqueruntur nobis dicentes. Fame & friore miserabiliter laboramus. Quid conferunt tot mutatoria uestium. vel extensa in particis vel plicata in manticis. Mat. x. ibi. Neqz duas tunicas. Hierony. In duab' tunicis duplex mihi videtur innuerre uestimentum. non qd in locis Scythie & glaciali niae rigenteribus vna quis tunica debeat esse contentus: sed qd in tunica uestimentum intelligamus. ne alio vestiti aliud nobis futuroz timore reseruemus. In qua preciositate uestium & superfluitate multitudine multi religiosi nostri temporis multum offendunt: contra eorum statum & regulam. nam excepto colore: de meliori panno se induunt quo possunt. quam tamen bim Chryso. vestis christi de vili panno fuerit more uestium Palestine. Longissimos habitus sub colore honestatis & cappas & tunicas deferunt. & capita vsqz ad nates. vt qui magis est capitatus: magis se reputet. Artificiose & curiose sutas uestes defen-

runt ad mundi decoraz. Aliqui inter eos singulares et nimis strictas et curtas mundum similiter aunciantes. quia non est spiritus in vestibus maxime sociis et eiusdem professionis viris scandalum facientibus. Contra quos. xlj. dist. quisquis. et c. parsimoniam extra de vi. et ho. cle. deus. Contra que omnia Joan. cass. in. j. lib. de institutis monachorum egyptiorum ait. Sic vestis sit monachi que corpus contegat tantum: ac repellat verecundiam nuditatis: et frigoris retundat iniuria: non que semina vanitatis aut elationis enutriat. iuxta apl. ii. Timo. vi. xij. q. j. ephs. Habentes autem alimenta et operimenta his contemti simus. i. que corpus operiat tamen: non que amictus gloria blandiantur. Ita vilia aut nul a coloris vel habitus nobilitate inter ceteros huius propositi viros habeant insignia: ita a studiosis accurationibus aliena: ut nullis prorsus sint affectatis per incurias sordibus decolorata. Postremo sic a mundi huius separantur ornatu: ut cultui seruorum dei in omnibus cõla perseverent quicquid inter famulos dei preluminetur ab uno vel paucis: nec catholice per oem corporum fraternitatis tenetur: aut superfluum aut elatum est: et ob id noxiū iudicandum: magis vanitatis speciem quam virtutis ostentas. Hucusque Jo. cass. Ad hoc optime facit pre. c. quisquis. Et Aug. ad Januariū. xij. di. illa. Sic et tu ad quacunq; forte ecclesiā veniris: eius morem seruasi: cuiq; non vis esse scandalū: nec quēq; tibi. facit extra de sta. mo. recolentes. Itē conciliū Martini pape. Victu tamen et tegumento his contenti sumus. x. q. ij. ephs. Item in concilio antiocheno. xij. q. j. ephs. tractuz de aplo. j. ad Timo. vi. ibi. Habentes autem alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Item in chordis et cingulis est etiam nedum secularium sed etiam multoz religiosoz res nodoxia. quū Helias thesbytes zona pellicea et Joānes precursor dñi vterentur. iiiij. Regū. j. et Matth. ij. Et Franciscus apostolus fumē sumpli grossum asperū et curtū usq; ad genua. Sed hodie fratres sui longam chordam usq; ad terram lineam albam delicatam et subtilem multis nodulis contextam portant: in ea sicut in aliis suis vestibus delicatis longis et amplis inaniter gloriantes. quis quod prouidit patet eoz ad mundi contemptum et sanctaz vilitatem: ipsi traxerunt ad vanitatem. contra id extra de excep. pia. j. rñ. lib. vi. xlvi. di. licet. Item vana gloria in colore pannoꝝ. Unde et clericis prohibetur color rubeus et viridis: et vestis virgata et partita. extra de vi. et ho. cle. clerici. ij. et in cle. e. c. qm qui abiectis. Lector autem candidus aptus est religiosis monachis albis et clericis. Unū Sap. vii. Landor est lucis eterne. Berni. Landor est lucis sapientia. et candidus opz esse animaz in qua ipse sedere elegerit. et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Mar. xvii. Mar. ix. et Luce. ix. Et angelus apparuit coopertus stola canadida. Mar. vlt. simile Mar. vlt. qui color sanctitatem designat: innocentia. et puritate. de con. di. iiiij. post baptismū. xxx. q. v. femine. Et qm Benedictus dicat in regula. Monachi non disputent de colore. intelligo de honesto nigro albo vel griseo. Bene enim habent disputare et cauere de inhonesto colore. vt iuribus pre. Superbia etiā in capillis que maxime est in mulieribus. Esa. iiiij. Decalabit dñs et c. Accidit Maris in generali processione qm simia cuidā dñe peplum abstulit coram omnibus cum adulterinis crinibus quos deferebat. que remansit turpis et decalavata. Capilli autem mulieribus pro velamine

dati sunt. non pro gloria. j. ad Corin. xij. glo. Ad hoc habet velamen mulier: vt se reā agnoscat et subditā. xxij. q. v. mulier. De superbia in crinibus Absalon in quibus querui adhesit. ij. Reg. xij. vbi dicit qm capilli capitū sui ponderabant. cc. siclis pondere publico. et xvij. de queru. Benuenses et Ueneti et Lathalani gloriantur in eis. j. ad Timo. ij. Non in tortis crinibus. glo. Superbus habitus non impetrat nec recta facit de se credi. Legitur de germano beati Bernardi fratre in claranalle. qm noluit videre sororem nobilis suam ornatam: dicens qm erat rete dialoli. qm in verbis contrita fuit: dicens, qm parata erat facere quicquid sanctus Bernardus germanus eius mandaret: ad quaz veniens mandavit ei vt nunq; superbū habitum portaret. que ita mutata est. vt homines inde mirarent. De superbia lecti. Amos. vi. Ue qui dormitis in lectis eburneis. Lectus christi vbi cubuit crux est. ibi cubat: ibi dormit in meridie. km Bern. Can. j. Aug. Lectum suū dimisit christus discipulis suis. quicunq; vult cum illo iacere et quiescere: in lecto isto moriatur, in cruce. Esa. xij. Subtus te sternetur tinea et glo. interlinearis supple quum prius haberet pallia auro gemitq; distincta. Qui modo non sustinent pulicem: quo tunc sustinebunt verme immortalem? Esa. vlti. Mar. ix. Vermis eoz non morietur. Non tamē erunt in inferno vermes materiales: sed vermes conscientie, damnatos in perpetuum cruciantes. de quibus legitur Esa. lxvi. et Bern. Non metuat vermem qm nō moritur: cui mortuus est vermis: vnde ille moritur? De superbia in multitidine equoz et eoz appara tu. Beatero. xvij. dicitur de rege. Non multiplicabit sibi equos. et Zacha. x. ibi. Et posuit eos quasi equos glorie sue in bello. et j. Et confundentur ascensores equorum. Et xij. Herculiam omnem equum in stuporem: et ascensem eius in amentia. glo. Ut qui viderint percussos: stupeant. et ascensores pre sui magnitudine periculi vertantur in amentia. Esa. xxxj. Et qui descendunt in egyptū ad auxilium in equis sperantes. In asina ascendit Hierusalem dñs. Zacha. ix. Mat. xxj. Mar. xj. Luc. xix. et Jo. xij. Chrys. Eis cognoscere mansuetudinez venientis: considera spe ciem aduentus eius. Non sedet in curru euro purpurea fulgenti. nec ascendit super feruidum equū discorde amatorem. non habet in circuitu splendētes gladios aut ornamenti terribilia armoz: sed ramos florentes. testimonia virtutis et pietatis. In festo palmarum quum quidam magnus archiepiscopus de Fracia in sua eccllesia predicasset de ista asina in qua illa die dñs equitaret: et finito officio rediens domū equitaret magnum et grossum et pulchrum palafredum: quedam paupercula vetula arripiens frenum eius dixit ei. Hne: erat ne talis asina quaz christus equitauit sicut iste equū vester? At archieps enubuit: et recessit. mente pertractans quia incepit Jesus facere et docere. Act. j. et Joā. xij. ibi. Exemplum enim dedi vobis. Et km Greg. Maris mouent facta qm verba. Ad hoc. viij. q. j. vereor. cum. ii. c. seq. Bernar. Intolerabilis est impudicitie vbi sese exinanit multas. impletur vermiculus et tumescit. Esa. xxx. dicunt mali. Ad equos configiemus. ideo fugietis. et super veloces ascendumus. ideo velociores erunt qui perseguētur vos. ps. xij. Hi in curribus et hi in eoz. De superbia in familia multa. Eccles. v. Ubi multe sunt opes: multi et qui comedent eas. Ista fuit superbia David populuz numerantis. ij. Reg. vlt. Et gla

Equorum  
affluentia

Amplitudo fami lie.

# DE PLANCTV ECCLESIAE

dñs dñi deseruit in populu. Unde Gratianus. Qui de numerositate sue gentis superbuit: iure in eius diminutione puniuit est. s. q. iiiij. S. his ita. v. Itē dauid. quia in multitudine populi dignitas regis: et in paucitate plebis ignominia principis. Prover. xiiij. et pre. ver. Item dauid. Seneca. Ad mulierem sequuntur. lupi cadavere frumenta formice. predam sequit turba ista: non hominem. Aug. In unum amatores temporalium fecerunt ea membra sua. vnde solent dicere se comedendi: quum bona eoz comeduntur. iuxta illud ps. lxxvij. Quia comedederunt Jacob. De superbia conuinior. In hoc apparet q̄ magni et divites invitantur: et pauperes relinquentur. contra illud Luce. xiii. Quum facis prandium aut cenam: noli vocare amicos tuos et c. et c. Voca pauperes et c. Seneca. Non magno eōstat nobis: sed ambitio. Hester. i. Videbant autem qui invitati erant poculis aures. Luce. xvi. Et epulabatur quotidie splendide. Splendor iste attenditur circa sercula artificialiter preparata: circa vase aurea et argentea: circa suppellecilia candida: circa superflua luminaria: et circa seruorum ministeria. Eccle. ii. ibi. Lyphos et vrecolos. De lautis conuinij. xxxv. di. ecclie principes. xliij. di. comedationes. Esa. v. de pen. di. ii. si enim. vitra. v. col. ver. petrus. ibi. Et suadent in luxuria ciboz. Chithara et lyra et tympanum et tibia et vinum in conuiuis vestris. De superbia edificior. Esa. v. Ue qui coniungitis domum ad domum. Hiere. xxij. Qui dicit. Edificabo mihi domum lataz et cenacula spatiosa. Qui aperit sibi fenestras et facit laquearia cedrina: pingit qz synopide. gl. i. christi sanguine. Mungd regnabis: qm confers te cedro? Item ibidem. Ue q edificat domum suam in iniustitia: et cenacula sua no in iudicio. Amos. v. Detestor ego superbiam Jacob: et domos eius odi. et s. Percutiet domum maiorem in ruinis. facit. xij. q. ii. gloria. ver. multi. Christus in in presepi et in stalla iacet. Luce. ii. quia in diversorio iacuit ut doceat nos in hoc mundo diversoria no patia fabricare. Philosophus. Commorandi nobis natura diversorum: non habitandi dedit. Et Chrys. In luteo presepi christus ponitur: no auro nec argento. aurum et argentum imitetur gentilitas: christianitas illud preseppe luteuz. xii. q. ii. glia. ver. multi. Sc̄i antiqui in cauernis terre habitabant. Hebre. x. et in casulis. Heb. xi. Legitur de eremita qui habebat hospitium ad modum sepulchri. et quem imperator ad eum veniens quesisset cur hospitium suum commensurasset sepulchro sui corporis. respondidit. Sufficit hoc homini mortuo. et addidit. Heli⁹ pslitur in celoz de tugurio qz de palatio. Unde Hiero. de paula. Polebat (inquit) in his lapidibus mortuis expensas ponere. sed in viuis lapidibus. i. pauperibus. ex quibus magni regis cintas extiruit. Abachuc. ii. Lapis de pariete et c. Hiero. Sic edificat quidam quasi semper victuri. sic autem comedunt et bibunt quasi cras morituri. dicentes. Bibamus et comedamus: cras enim moriemur. de pe. di. ii. si enim. ultra. v. col. ver. petrus. ii. Corinth. xiiij. Eccl. v. Esa. xxij. Amos. iii. Percutiam domum hyemalem. Hieron. loquens de Hilarione. Estus et pluias breui tugurio declinanit: quod iuncto et cortice tenerat. ex-

tructa deinceps breui cellula altitudine pedum quatuor, latitudine pedum quinqz, longitudine paulo ampliore qz eius corpusculum patiebatur. ut sepulchrum potius qz domum crederes. et j. Erat autem cellula non plus mensure per quadrum tenens quam homo dormiens extendi poterat. Narrat Joā. casti. in collatione Isaac de oratione q̄ quidam patrū videt diabolum adiuuantem et inflammantem quendam fratrem circa superflua edificia occupatum. et supra posui in c. lxij. in S. adlyue petita. ver. contra tales. Quantum autem excedant religiosi mendicantes circa curiositatem et multiplicitatem et sumptuositatem edificiorum: totus mundus estis est. et decre talis de verb. sig. Exiui de paradiso. lib. vi. S. hinc est. Ipsi enim qui mundo mortui sunt. xvj. q. i. placuit. potius deberet sepulchra querere qz palatia. vt proxime dixi. Bern. Uideo: quod non sine magno labore videri debet: quodam post aggressam chistii militiam rursum secularibus implicari negotijs: rursus terrenis cupiditatibus immersi: cu magna diligenzia erigere muros: negligere mores. Si dicant claustrales q̄ in hoc condescendent infirmitati hoium et devotioni eoz: audiant beatum Bernardum dicetem. Qui dicunt admittantur animales: suscipiant in benivolentia charitatis: portentur in omni patientia benignitatis. sed qui eis compatiuntur non eis conformentur: nec sic querant eorum prospectum ut propter eos cogantur incurrire propositi. rigoris in religione defectum. Multi hominū magis veniunt ad ecclesiam ut delectentur et admirantur pulchra edificia et imagines: qz ut corrigant vitia. Videntur adorare lapides et colores: sed non mutant prauos mores. Aurum trahit aurum. politus lapis lapides preciosos trahit. Agis offertur reliquijs deauratis qz pannosis. Sed aut Ambro. contra tempora deaurata. Aurum sacramenta non querunt: nec auro placent que auro non emuntur: ornatus sacroz redemptio captiuj est. xij. q. ii. aurum. Et iunge hic quod scripsi. i. in. S. et primum. in ver. quartuue. in c. lxxvij. Iterum si dicant religiosi pulchritudines domorum esse necessarias ad recreationem. extra de verb. sign. exiui. S. licet non. lib. vij. Respondeo q̄ veri spirituales et viri potius deberent delectari in conspectu celi et delectatione siderum qz terre. et potius admirari opera dei qz hominum. vi dixit beata Catharina ad Alexentum cesarem. Miraris hoc templum magni artificium fabricatum: miraris ornamenta preciosam et vario opere comparata: que velut puluis ante faciem venti erunt. mirare potius celum et terram et omnia que in eis sunt. mirare ornamenta celi. solem scilicet et lunam et stellas et c. Legitur de beato Bernardo q̄ ubertum fleuerit quim vidi tugurio pastorum tecta cilitio similia casulis cisterciensium antiquo: qui tunc incipiebant habitare in magnis edificijs. Beatus Franciscus ait in testamento suo. Laueant sibi fratres ut ecclesias et habitacula paupercula et omnia alia que pro ipsis construuntur penitentia non recipiant: nisi essent sicut decet sanctam paupertatem quaz in regula promissimus. semper ibi hospitantes sicut aduenie et peregrini. Et sicut legitur in legenda sua antiqua. madabat fieri domum culas frastrum de lignis et luto. Ipse in persona sua ascendit diruere domum quam fecerat coe aliis in sancta Maria de portinacula: qz sibi curiosa videbat. Dicebat autem. ubi christus manebat: quando in deserto ieunabat. Mat. iiiij. et Luc. iiiij. Quum quidaz frater

deuotus

denotus in quodam eremitorio sibi quandam cellā fecisset de lignis lenigatis & dolatis & paratis pulchre: noluit eā intrare sanctus Franciscus: nisi prius ille frater illos asteres remouisset: & eam de ramis arborum & scopis cooperisset. Ad dagna pars edificiorū religiosorū mendicantū de māmona iniquitatis ad literam constructa sunt. Luce. xvij. s. de vñris & rapiñis. Unde posset eas proprie diabolus tanq; sibi debita quodammodo vendicare. Cūtius enīz vñrarij dant fratibus pro edificijs mille libras: q; restituāt vnum denarium creditori: vexante eos penodoxia & tumore religiosorū. Contra superbiam edificiorū. xxij. di. hospitiolum tuum. diminutuum. i. modicū. xxvij. di. ecclie principes. ibi. Evidēti sunt spatioſis domib; xij. q. ii. gloria. ver. Multi edificant pārietes & columnas ecclie subtrahunt. marmora nient. auro splendent laquearia. gemmis altare distinguit. ministrorū christi nulla est electio. Ecclie sancti angeli in monte gargano antrū est & inculta cripa. sicut vidi. potius ferarum q; hominum habitatio. agente hoc deo. sicut in sua legenda dicitur. Qui non in marmoribus nec in edificijs: sed minoribus delectatur. s. m. Chryso. De superbia in libris & clericorū & religiosorū deauratis & historiatis & sericeis pannis & argento coopertos dolendum est. Non habitat in auro scientia. quia nec ei comparatur aurum nec lapis pretiosus. Sap. vii. Humilibus reuelatur dei scientia. Mat. xi. Prover. xj. Abi humilitas: ibi sapientia. ii. Timo. iii. Affer tecuz libros. maxime autem membranas. Libros pulchros non audent fratres commodare: nec in eis studere: sed clausos eos tenent in suis studijs quatuor fibulis clausos: & panis preciosis coopertos ex superbia & auaritia. quanto plures habent: tanto communiter minus sciunt. multos legunt: & nullum applicant memorie. & qui plures habet sermones: cōter peius predicit. quia pluribus intentus minor est ad singula sensus. c. xvij. q. i. presbyteros. de cle. coniu. diuersis. quia curiosorū est multa legere & pauca retinere. Realiū viro rum est pauca legere: & illa memorie applicare: & ea cordi alligare. c. de con. di. v. nunq; in pñn. Vanitas secularium in currib; & in equis: religiosorū in libriis. Ita quis potest in libris sicut in auro inaniter delectari. Mutatio rei non mutat affectum. Non est differētia in metallis: sed in animis. Sic potest quis corrūpi auaritia in libro sicut in auro. vt in coll. Banielis dicitur. & supra dixi in ista parte. ii. Superbia cantus. Greg. Bum blanda vox queritur: sobria viza ta deseritur. xcij. di. in sancta. Aug. Quoties mede etat plus cantus q; vox que canitur: toties me pescare penaliter confiteor. Potest dici q; sicut fractos vestibus. sic fractos vocibus non recipimus. xlj. di. parsimoniā. Exo. xxij. Vocem cantantuz ego audo. Quidq; venisset ad castra: vident Moyses vitulum & choros. In vitulo quod est animal lasciuū. lascivia intelligitur. Unde cantus odorantius vitulū est cantus frangentium vocem ad lasciuū. cantare autem ad compunctionem audientium bonum est. xxij. di. c. i. ver. psalmiste. Contra tales cantus apls ad Eph. v. Cantantes & psallentes deo in cordibus vestrīs. xcij. dist. cantantes. ibi Hiero. Seo non voce sed corde cantandum. nec in tragediarum modum guttur & fauces medicamine liniente sunt: vt in ecclie theatralēs moduli audiāntur & cantica. Cantus autem ob devotionem non dissolutionem in ecclie dei ordinatus est. Unde & in ecclie dei officiū

est precentoris & succentoris. xxj. di. c. i. v. precentor. Uix in ordine vidi bonū cantorez: quin esset incarcatus propter immunditiā. q; blanda & dulcis vox stimulos carnis icitat. c. e. di. c. in sancta. all. s. v. pri.

Itez superbia quandoq; oritur ex bonis nature. Bona autem nature quedam sunt corporis. quedā anime. quedam fortune. quedam gratie. Corporis bona.

sunt sanitas. fortitudo. pulchritudo. nobilitas. libertas. Bona vero naturalia anime: sunt rectitudi in genii. tenax memoria. intellectus acutus. exercitius spiritualiuz. naturalis dispositio ad virtutes seu virtus naturalis. Bona vero fortune: sunt diuitie. delicie. dignitates. lau gloria & gratia humana. Bona gratie: sunt scientie dona & virtutes. De omnib; his potest nasci superbia. contra quam. i. Malach. ii.

Gloria peccatoris stercus & vermis. hodie extollitur cras non inuenitur. Sap. v. Quid nobis profuit superbia. aut quid diuitiarū iactantia contulit nobis?

Contra superbiam sanitatis. Jaco. iiiij. Que est vita vestra? vapor est ad modicuz parens. Job. xij. Homo natus de muliere breui vñres tempore &c. Grego.

Ecce sancti viri vocibus pena hominum breuiter est expressa. q; & angustatur ad vitam: & dilataat ad miseriā. Si enim subtiliter consideretur: omne

quod hic agitur pena & miseria est. Ipsi enim corruptioni carnis seruire ad necessaria at q; concessa. miseria est. vt contra frigus vestimenta: contra famem alimenta: contra estum frigus requiritur. Q; multa cautela custoditur corporis salus: q; custodita amittitur: amissa cum graui dolore reperitur: tamē reperita in dubio semper est: quid aliud hec. q; terrene vite miseria est. Item Bern. Homo natus de muliere. & hoc cum reatu. breui viuens tempore. id q; cum metu. repletur multis miserijs. & id cum fletu. & nature multis. quia corporis & anime simul. De fortitudine corporis satum est superbire. Job. vi. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea enea est. imo homo fragilior vitro. Aug. Quid fragilius vase vitreo? & tamen si seruatur: durat per secula. licet enim calus timeatur: senectus & febris non timetur. nos fragiliores & debiliores sumus & infirmiores.

quia casus. extra de cōmo. c. i. & de depo. c. ii. omnes q; non cessant in rebus humanis: ob fragilitatē nostrā quotidie formidamus. & si ipsi casus non accidant: tempus ambulat. Utat homo ictuz. nunquid vitat exitum? Utat que extrinsecus adueniunt. nunquid que intus nascuntur? Postremo q; uis homini patatur: nonissima senectus quum venerit. non est q; differatur. Hiero. xvij. Maledictus homo qui ponit carnem brachium suum. i. qui confidit in ropore corporis. quod est fragile & infirmum. Fortitudine Sāsonis meretrix Balila eneruauit. Judic. xvij. Abachuc. iiij. Bñs fortitudo mea. ps. xvij. Diligaz te dñe fortitudo mea. De pulchritudine superbire q; au-

det: quum corpus sit quoddam sepulchrum? Aug. Corpus peccatoris anime mortue est sepulchrum. Job. x. Qui quasi flos egreditur & conteritur. Esa. xl. Omnis gloria eius quasi flos agri. Prover. viij. Hana est pulchritudo. Hanum est superbire de nobilitate. omnes ex adam processimus. xxij. q. v. ca. vlt. Malach. ii. Nunquid non pater vñus? omnes fratres sumus: & vñus pater qui est in celis. Mat. xxij. Hiero. contra Heluidium. Omnes autem homines affectu fratres dici possunt. quod in duo dividit. & in spirituale & cōe. In spirituale: q; oēs christiani fratres vocantur. Horro in cōe: q; oēs holes ex

Bona corporis valitudo.

Meruositas.

Formositas.

Mobilitas.

Vere nobilitatis indicia septem.

vno patre nati pari inter nos germanitate coniungimur. Item Chrys. In mundo enim quis homo hominem generet. lvij. di. nasci. tamen unus est pater qui omnes. Mat. vi. 7. xxii. xviii. q. i. omnibus. t. c. si femina. creavit. Non enim initium vite habemus ex parentibus: sed transitus vite per eos accipimus. ad hoc. lvj. di. vnicuique. t. c. nasci. Et dominus Iesus Christus nasci voluit non solum ex alienigenis: sed etiam adulterinis coniunctionibus. ut de Raab meretrice et Bersabee uxore Uri. lvj. di. dominus noster. Nobilitas enim Augustinus. nihil aliud est quam probitas et antiquae dignitatis. Item idem. Quid est seruus aut libertinus? nota ex ambitione vel iniuria nata. quia quilibet naturaliter liber. xxxv. di. sexto die. Item neminem regem nisi ex seruis oriundum esse: neminem seruum nisi ex regibus dicit Plato. Omnia illa longa varietas miscuit: et sursum et deorsum fortuna versauit. Job. xvii. Prout dixi. pater meus es tu. Quod hominibus altum est: abominatio est apud deum. Luc. xvij. Seneca. Quis est generosus? Bene ad virtutem anima compositus. Tullius. Hic liber existmandus est: qui nulli turpitudini seruit. quod qui facit peccatum: seruus est peccati. Joa. viij. Sapiens. De illa nobilitate glorieris que filios dei et coheredes facit. Tunc ille nobilitatem suam integrum seruare se putet: si dedignet seruire vitis: et ab illis superari. a quibus qui superatur: eoz. Joa. viij. et seruus est. Berni. An non seruus: cui datur iniqtas? Itaque omnis qui deo non seruit: ignobilis est. i. Reg. ii. Qui contemnunt me: erunt ignobiles. Signa vere nobilitatis septem sunt. Primum est liberalitas. extra de dona. c. i. versus. Bedecus est semper sumerentilqz dare. quod beatius est dare quam accipere. Act. xx. xv. q. j. predictor. extra de cele. mis. cuz marthe. q. j. Magister Alanus qui legebat apud montem pessulanum requisitus a vicinis militibus que esset maior curia litas: respondit quod dare curialissimum erat. cui omnes consenserunt. Ipse vero dixit eis ut habitu consilio dicerent ei que esset maior rusticitas. qui non valentes in unum consentire: reuersi sunt ad eum dicentes quod non poterant concordare. quos increpans ait. Ego posueram vos in via per quas possetis questio nem soluere. si enim dare curialissimum et nobilissimum est: auferre (quod est contrarium) rusticissimum et vilissimum est. Unde vos qui incessanter auferitis a pauperibus: rusticissimi estis. Secundum gratitudo sine recognitio. et econuerso irrecognitione et ingratitude. peccatum contra naturam ingratitude est. ff. de peti. here. sed et si lege. q. consuluit. legitur et non extra de testa. cuz in officijs. signum maxime rusticitatis est. Sapiens. Nobilis animi est beneficia recordari. ignavi. beneficij obliuisci. Unde ingratiani missi tanquam ignobiles in seruitutem renocantur. xij. q. ij. liberti. t. c. octava. ybi de hoc. extra de donatio. c. fi. Unde patet quod illi qui dicunt se nobiles: perseque tes deum qui eos in hac vita exaltavit: rusticissimi sunt et deo ingratiani. Ingratitudo est Berni. est anime perditio: virtutum extinatio: virtutum perditio: beneficioz peremptio: hostis gratie: persecutrix iustitiae: ipsa est ventus vrens: que pietatis fontes misericordie venam et gratie fluenta desiccatur. Idem hanc dampnum impeditur. datum tollitur. Sap. xvij. Ingratitudo tanquam hybernalis glacies tabescet: et dissipet tanquam aqua supernacula. Tertium est mansuetudo et misericordia in subiectis. Seneca. Nullum magis ex omnibus regem et princeps quam clementia. Pro-

vlore Urii rūdit. Simitte eum vt maledicat iuxta preceptum dñi: si forte respiciat dñs afflictionē meā: t. reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Decimum est assiduitas devote subiectionis. vt homo semper velit esse cum aliquo quem vereatur t. timeat: t. sub alio frangere propriam voluntatem discedat. Jo. vi. Descendi de celo: non vt faciam voluntatem meam tc. Undecimum, contemplatio occulti inspectoris cui cogitatio hominis confitetur. vt eru bescamus coram eo elatum aliquid meditari. ps. xv. Proutidebam dominuz in conspectu meo semper tc. Duodecimuz est amor vilitatis t. exercitatio in operibus t. officijs humilibus. Eccl. vij. non oderis opera laboriosa. de pe. di. ii. c. j.

De vitio hypocrisis. vnde dicatur. A quatuor cognoscuntur hypocrite.

Lap. 78.



Hypocritis vitium peculiare quorum dam religiosū nostri tpis est hypocrisis que ex vana gloria procedit. Amans. n. humanam gloriā, simulat sanctitatē. Pre dicat aut religiosi alig t ostendit se habere virtutes qbus carent. mundo in apparentia humiles: in clastro superbi. extra honestiū intus multi immūdi. extra tunica viliā: intra loculi recōditi. ex puris: in malitiosi. ex cum secularibus sobrij: intus cū fratrib⁹ gulosi. extra cōpositis: intus dissoluti. extra mites: int⁹ furiosi. extra simplices: intus maligni. Dicunt aut hypocrisis ab epi. qd est. s. t. crisis aurum: quasi desuper auratus. vnde hypocrite simulatores sunt. qd aliud sunt: t aliud ostentant. fm Chrys. Eccl. i. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum. Deut. xxij. Non indues vestem lana linoqz contextam. extra de elecum causam. i. non sis aliud intra, aliud extra. At in bus maxime hypocrite cognoscunt: dicit Aug. Primum est bonorum oppressio. qd opprimunt bonos: vel psequendo factis vel detrahendo verbis. oēs. n. hypocrite detractores sint: t inuidi: le iustificantes t. alios condēnantes. Mat. viii. Hypocrita ejce primū trabē de oculo tuo. t. Luc. vi. Scdm est facilis reprehēsio alioz. quam faciūt vt videant habere zelum. Tertiū est impatientia in aduersis. s. oēs enī mouētur t. offendunt ad cōtumelias sibi dictas. Impatiētissimi. n. sunt qdām capitati huīns tpis: sicut experientia cōtinua manifestat inter seculares t eos t adiuvicē. Facilius reuera put cōiter toleraret vn⁹ secularis decē iniurias: qz religiosus hypocrita vna. querūt nāqz gloriā hypocrite: t ideo dolent ad cōtumelia. Unum Hiero. t. dixi. s. s. ii. ver. Pronter. Non qras gloriā, t. non dolebis quum inglorius fueris. Qui laudē nō appetit: nec cōtumeliā sentit. Pronter. xix. Doctrina viri p patientiā noscit. Quartum potest addi: opera q familiariter cū socijs agit: in quibus aliqui deprehendunt. sicut est verbis t gestibus dissolutis in mulierum consortijs t alijs operibus carnis. Ephe. v. Qui in occulto fuit ab ipsi: turpe est dicere. Hypocrisis autem fm Climacum est mater mendacij t multoties suppositio t occasio. At enī aliud hypocrisim quidaz esse determinant qz mēdacijs meditationem t perpetrationem coherens t conexum habens iuramentum. Hypocrita toto corpore mentit. qd est factis mentiri. xxij. q. v. caue te vbi dicit Amb. qd mendaciū est non solū in falsis verbis: t

etiam in simulatis operibus. Deus autem aspernator est duplicitatis: et simplicem intentionem desiderat. xxij. q.v. §. ex his oibus. **O**is hypocrita duplice vita vivit. cum corpore est in celo. cum anima est in terra. Est autem hypocrisis amor apparentie simulatione virtutis. sicut dominus ait **M**at. vij. **D**ia opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Tales omnes membra sunt antichristi. unde. ij. **T**hessa. ij. **H**ysterius iam operatur iniquitatis. s. iniqitas occulta sub specie pietatis. Et est hypocrita secundum sanctos. angelos tenebrarum transfiguratus in angelum lucis. ij. **L**or. xi. xxvj. q. v. epi. z.c. nec mirum. xxix. q. i. §. i. **D**emonium meridianum. ps. xc. A demonio meridiano. Et latro qui peperdit a sinistris cum domino. **M**ar. xv. Et martyr diaboli. j. ad **T**im. iii. In nouissimis temporibus discedet quodam a fide: attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in hypocrisi loquentibus mendacium. z.c. Descripsi hypocrisi. s. in prima parte. in. §. firma colona. ver. nihil sic. in. c. lxvij. Hypocrisis subauratio dicitur. Hypocrite sunt sicut ait apostolus. ij. ad **T**imo. iij. sine affectione. sine pace. criminatores. incontinentes. immites. voluptatum amatores. magis quam deihabentes speciem sanctitatis. virtutem vero abnegantes. Tales veniunt in vestimentis. i. in habitu religionis. in blandimento sermonis. in austerritate victimis. **C**olos. ij. Nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum que non vidit: ambulans frustra inflatus sensu carnis sue. Nam dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. ij. ad **T**imo. iiij. Hi sunt qui penetrant domos: et captiuas ducent mulierculas oneratas peccatis. intrinsecus autem lupi rapaces. Idem **M**at. vij. ibi. Attende a falsis prophetis. z.c. **A**ct. xx. Scio quod post discussionem meam intrabunt lupi in vos non parcentes gregi. Contra hypocritas **J**ob. viij. Spes hypocrite peribit. z. i. Si cut tela aranearum fidutia eius. z. **J**ob. xij. Non enim veniet in conspectu eius ois hypocrita. Et. xv. Logitatio enim hypocrite sterilis. Et. xx. Gaudiu[m] hypocrite ad instar puncti. si ascenderit usque ad celum superbia eius: et caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinius in fine perdetur. et qui eum viderant: dicent. Ubi est? Uelut somnium auolans non inuenietur: trahies sicut visio nocturna. Et. xxvj. Que est enim spes hypocrite si auare capiat et non liberet deus animam ei? Nunquid clamorem eius audiet deus: quum veniret super illum angustia: aut poterit in omnipotente deo delectari: et inuocare deum in omni tempore? Regnat platus hypocrite propter peccata populi. **J**ob. xxiiij. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Et **J**ob. xxxvi. Simulatores et callidi provocant iram dei. Et **J**ob. vlti. Sternet sibi aurum quasi lumen. ubi Grego. per aurum intelligit hypocritas. de pe. di. i. citius. **E**sa. xxvij. Possest tremor hypocritas. Et **E**sa. ix. Omnis hypocrita est et nequam. Hypocrita similis est fimo niue cooperato: quod est exteriorius candidum: intus fetidum. et sepulcro exteriorum can dico: interioris pleno ossibus mortuorum. **M**at. xxij. Et vasi exterioris mundo interioris sordido. et agno albo exterioris nigro in cornibus. et ligno putrido de nocte lucenti. et lupo pelle ouina induito. extra de here. ut officium. §. prouiso. lib. vj. Et sicut in ps. xluij. domino dicunt sancti: Quid propter te mortificamur tota die. sic possunt dicere hypocrite: Quid contra te mortificamur secundum. Iste est Simon cyrenensis crucem portans in angaria: sed non moritur in ea: quod mundo vivit. **L**uc. xxij. Hypocrita nunquam habet oculum cordis ad

deum. unde nec deus ad eum. Unde super illud ps. xxij. Firmabo super te oculos meos secundum. dicit glossa in persona dei. Non auferam oculos meos a te: quod tu semper levas oculos tuos ad me. Hypocrita vix unquam consequetur. unde super illud **J**ob. xxvj. Si mulatores et callidi provocant iram dei: neque clamabunt quum vincit fuerint. dicit gl. Vincit non clamat: quod humane laudis audiitate superati sanctos se miseri etiam cum in peccatis moriuntur: putant. Sap. i. spiritus sanctus. s. discipline effugiet factus. i. hy pocritaz. In ipso proprio dormit et requiescit diabolus: quod thalamus est umbrosus. **J**ob. xl. de pe. di. i. si eniz. in fine. Nunquam hypocrita correctionem recipit: sed se semper defendit. **J**udic. i. Fuit dominus cum Iude: nec potuit delere habitatores vallis quod falcatis curribus abundabant. hoc est in curribus eorum falces erant que sibi obviantia vel aduersantia secabant. Habitatores vallis hypocrite sunt: qui ipsos reprehendunt conuicijs scindunt. pp. quod sirpo compatur hypocrita. **J**ob. viij. Nunquid virescere potest sirpus. i. iuncus vel carduus: quod carpit secundum **H**ugui. gl. Sirpus intus est vacuus cuius theca manum ledit: quod hypocrita gratia vacuus est: et correctionem non recipit. sed ad lacerandam vitam prorumpit. unde et in hoc diabolo incorrigibili assimilatur. incorrigibilitas enim peccatum est diaboli. unde Eccl. xxij. Qui odit correctionem: vestigium est peccatoris: habet non characterem bestie. i. diaboli. Unde iudeis incorrigibili et hypocritis phariseis et scribis dicit dominus. Jo. viij. Vos ex patre diabolo estis. de pe. di. i. §. hoc idem. ver. Item ut Christus: Hypocrita fermento compatur. **L**uc. xij. Attende a fermento phariseorum quod est hypocrisis. quod fermentum expurgandum est. j. ad **L**orin. v. Hypocrite similes sunt illis pomis pulcherrimis exterioribus que sunt prope mare mortuum: et intus sunt plena fauillis et cinere. ut no. de pe. di. i. sed et continuo. in gl. i. Eis proprie loquitur Jo. Apoca. iij. Momen habes quod viuas: et mortuus es. Similes candele que seipsum consumens alios illuminat: et ipsi continuis cruciatis mercantur morte eternam. **M**at. vi. Molite fieri sicut hypocrite tristes. extinguant enim facies suas. Isti labiis deum honorent: cor autem eorum longe est a deo. **M**at. rv. Hypocrite bene prophetauit de vobis **E**saias. **E**sa. xxvir. Item hypocrita nunquam pure confitetur. sed aut peccata velat: aut dissimulat: aut defendit. Si signantur per Rachel de qua dicitur Genes. xxvj. quod furata est idola patris sui: et abscondit ea subter stramentum camelii. Rachel interpretatur ouis. quod isti **M**at. vij. veniunt in vestimentis ouium. i. in habitu mansuetudinis et innocentie. et furantur idola patris sui. i. dialibus. s. peccata occultando nec ea pure confitendo. et abscondunt sub camelii stramine. i. sub specie obedientie et bone vite. In nullo peccato hodie quidem religiosi tamen credo quod deum offendant quantum in factis et hypocriticalibus confessionibus. Uix enim aut rarissime aliquis talium confitetur nisi per verba generalia. vix unquam aliquod graue specificant. Quod dicunt una die: dicunt et altera: ac si in omni die equaliter offendant. Uix unquam habent intentionem cessandi nec vitam mutandi. De peccatis que confitentur: confitentur quedam venialia: ut scilicet de silentio: de indicando: de murmurando: de gula: de subita iracundia: de verbis otiosis: de verbo omisso vel dictione in officio diuinio: et similibus. sed rarissime confitent de pecunia: de inobedientia: de suspecta familiaritate: de odio

ad fratrem, de persecutionibus adiuvicem, et distinctionibus, de ambitionibus, de hypocriti specificata malitia declarata, de assiduis mendaciis, de tpiis perditione pro magna parte, de superbia et inuidia specificata, de gastrimargia frequentata, de ieiuniis ecclesie commendatis et a regula sine vera necessitate fractis, de aliis capitulis regule qui continent pœcta aut prohibiciones. Adde hic qd scripsi. s. in isto c. in. s. et ve. ver. sic quidem. Et si ista crimina et similia declarant et specificent: rariſſime tñ cum proposito dimittendi, quod est se iustificare et in hypocritism tendere. Unde veraciter sicut experientia didici inter fratres et in officio penitentiarie dñi pape in quo fu: prius et humilius et veracius incomparabiliter confitent marimi pctores ſeculares et clerici: qz religiosi coiter hypocriticaliter confitentes. Quanto autem magis ſunt in ordine literati aliqui magiftri et letores et baccalaurei et prelati: tanto in confessionibus ſunt magis ceci, et hypocriticalibus confitent: vt ad literas impleat in eis illud Jo. ix. In iudicium ego veni in hunc mundum: vt qui non vident videant: et qui vident ceci fiat, et illud ps. lxxij. Obscurerunt oculi eorum ne videant. xxvij. di. S. f. Vero religiosi in confessionibus suis coiter decimant mentam et anethū. i. coſtinentur aliqua venialia, ſed grauiora legis. i. mortalia. s. ſpecificata et alia indecimata relinquent. i. incōfella. culicem colantes et glutientes camelum. Mat. xxiij. Nam prius mortalia ſunt confitenda et delenda deinde venialia. de pe. di. j. tres ſunt actiones. Contra tales cofeffiones hypocriticales, Aug. in li. de penitentia. Penitentia est quedam dolentis vindicta puniens in se quod dolet commisſe. de pe. di. iij. penitentia eſt. iij. et c. ſi apls. ibi. Jo. viij. Vicit n. dñs, vade et amplius noli peccare. Non dixit, ne pecces. ſed nec voluntas peccandi in te orias. et c. penitentiam. ibi. Penitentiam quippe agere est perpetrata mala plāgere: et plangenda non perpetrare. et c. ſunt aut q dīcunt ibi. Canis reuersus ad vomitum ſuum: et ſus lo ta in volutabro luti. et c. penitentes. Penitentes: ſi tñ eſtis penitentes: et non eſtis irridentes: mutate vitā. et ibi. Si ergo penites: cur facis que mala fecisti? Si feciſſe peniteat: noli facere. Si adhuc facis: non es recte penitens. et c. irrisor. Irrisor est et non penitens q adhuc agit quod penitet. nec videt dñm pofcere subditus ſed ſubſannare ſuperbus, cuz alij. s. fe. vſq ad ſ. ſed verba. Item Amb. loquens de penitente. de pe. di. j. ſunt qui arbitrant. ibi. Seipſum homo abnegat: et totus immutetur. Itet taciturnitas peccati ex superbia nascit cordis. fm Gratianum. Ideo n. fm eum, peccatum ſuum quisq celare defiderat: ne iniquitas ſua alijs manifesta fiat. ne talis reputet apud homines foris: qualem ſe iam cludum exhibuit diuino conſpectui. quod ex fonte superbie nascit nulli dubium eſt. Species. n. superbie eſteum ſe velle iustum videri qui peccator eſt. atqz hypocrita conuincit: q ad imitationem priuorum parentum vel tergiueratione verboꝝ peccata ſua lenigare cōtendit: vel ſicut Layn peccatum ſuum reticendo penitus ſupprimere qrit. Gen. iij. de pe. di. j. ſ. ex his namq. ver. Layn. ibi. qz ſuperbus peccatum ſuum cōfiteri noluit et c. Ubi aut superbia regnat vel hypocritis: humilitas locum habere non valet. Sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. nec ergo vbi eſt taciturnitas confefſionis: venia speranda eſt criminis. de pe. di. j. ſ. cum ergo vt ex pmissis. ad fi. diſt. De hypocriti cofeffione diuidentium vel celantium peccata. de pe. di. v. c. j. ad

fi. ver. quedam. n. Uni celant que alijs manifestanda conſeuant quod eſt ſe lauare et ad hypocritism intende. Tales etiā hypocrite qualibet die maxime quā celebrant: longas faciunt confefſiones de quotidiani venialibus: credetes ſe p verba iuſtificare et purgare. ſed verba non purgant: ſed gemitus, ſpiritia, dolor, et lachryme. de pe. di. j. in pnc. et c. hoc idē. Magdalena ad pedes dñi plorans non loquebat. ſed plāctus eam purgauit: non lingua. Luc. vij. Contra hypocritas Aug. Simulata sanctitas, duplex iniqtas. Et Sapiens. Nulle ſunt occultiores inſidie: qz q latent ſub ſimilitudine officii. Aug. contra hypocritism religiosorum non ſeruantium professionem ſuaz ſed ſimulantiuz. Malui. n. cecos habere vel claudos: qz plangere mortuos. quicunqz. n. hypocrita eſt: mortu⁹ eſt. xij. q. j. nolo. et c. certe. ibi. Malum eſt cadere a proposito. ſed peius eſt ſimulare proposituz. et c. ibi. Non lo habere hypocritas. Tres ſunt species hypocritis. Una eſt, qn coram hominibus bonum facit: et in occulto malū. Secunda, qn in occulto et in manifesto bonum facit intentione placidi hoibus. Tertia, qn aliquis minorem hypocritism non incurrit: vt incident in maiorem. vt quum aliquis interrogat an ieiunet. rūdet deus ſcit. vt dicatur hypocrita non eſt. Contra hypocritas narrat Greg. in dialogo de fratre ſimulante ieiunare coram fratribus: et in occulto comedebat: q ad mortem veniens adstantibus fratribus dixit (intelligo abſqz contritione et gemitu non periuſet. de pe. di. j. ſ. hoc idem.) Quando me vobis ſum ieiunare credebat: occulte comedebam. et nunc ecce ad deuorandum datus ſum draconi qui cauda ſua mea genua pedesq colliganit. caput vero ſuum intra os meum mittens ſpiritum meum ebibens abſtrahit. Quibus dicitis ſtatim defunctus eſt. Quidaz frater magne ſanctitatis reputatus, venit ad mortem. dicebant illi de patria. Si hic moritur: oēs morimur. qz per eum preſtat nobis deus panem et aquam. Facta autem hora exitus illius, vidi quidam ſanctus tarparem inſerni deſcendentem ſuper ſolitarium illum morientem, habentem tridentem, igneuz et audiuit vocem dicentem ſibi. Anima iſta non me fecit regere neqz per vnam horam in ſe: ſic neqz tu miserearis eius euellens eam. Deponens igitur tartareus ille quem tenebat igneum tridente in corde ſolitarij per multas horas torquens eum abſtraxit animam eius. Non ergo ſaluat nomen: ſed res. Item contra hypocritas. Mat. vij. Quu ergo facis eleemosynā: noli tuba canere ante te ſicut hypocrite faciunt in synagogis et in viciis ut honorifientur ab hominib⁹. Chrys. Ponit aut tria fortia bona. i. eleemosynam, orationem, et ieiunium, contra tria mala aduersus q dñs tentationis bellum ſucepit. Mat. iiiij. Mar. j. Luc. iiiij. Pugnabit. n. pro nobis contra gulā in erro: contra auaritiam. ſ. montem contra vanam gloriam. ſ. templuz. Eſt ergo eleemosyna q dispergit contra auaritiam. de pe. di. j. quam ob rem. c. medicina. c. medicamentum. q congregat ieiunium. de conſ. di. v. contraria. c. nihil. contra gulam qz eſt ei contrarius. Oratio vero contra vanam gloriam. qz quu omne malum ex malo nascat. Mat. vij. ſola vana gloria de bono procedit. ideo non deſtruit per bonū aliquod: ſed magis nutrit. Nullum ergo remediuſ potest eſſe contra vanā gloriāni oratio ſola. et ibi cauēda vana gloria. vt. j. v. ſe. Quu facis eleemosynā. Amb. Dis aut ſumma discipline chriane in misericordia et pie: tate eſt. Noli tuba canere. Tuba aut ſz Chrys. eſt ois

Hypocritis triplex

actus vel sermo per quem operis iactantia demonstratur. puta qui facit eleemosynam quoniam aliquem videt presentem: vel intercedente aliquo: aut honestiori persone que potest retribuere. alias autem non facit. Et si in loco secreto fecerit: eo proposito ut laudabilis videat tuba est. Hierony. Qui autem tuba canit eleemosynam faciens: hypocrita est. Et ideo subdit. Sicut hypocrite faciunt. glo. Forsan conuocando hoc faciebant ut omnes irent quasi ad spectaculum. Isto modo. Nomen hypocrite tractum est a specie eorum qd in spectaculis contexta facie incedunt: distinguentes vultum vario colore: vt ad personae quam simulant perueniant colorem. modo in specie viri: modo in feminine: vt fallant populum dum in ludis agunt. Aug. in sermone de monte domini. Sicut ergo hypocrite. i. simulatores tam imitatores personarum aliarum agunt partes: illi non sunt. Non. n. qui agit partes Agamemnonis: vere ipse est: sed simulat eum. et sic in ecclesiis et in oī vita humana quisquis se vult videri qd nō est: hypocrita est. Simulat. n. se iustum. nō exhibet. qd rotum fructum in laude hominum ponit. Greg. Scidum vero est qd sunt nonnulli qui et sanctitatis habitudinem tenent: et perfectionis meritum exequi non valent. quos nequamqz credendum est intra hypocritas numerum currere. qd aliud est infirmitate aliud callida simulatione peccare. Aug. Tales autem qd simulatione peccant: ab inspectore cordis deo mercede non capiunt: nisi fallacie supplicium. Et ideo subdit. Amē dico vobis: receperunt mercedem suam. Hiero. Ab dei mercedem: sed suam. Laudati. n. sunt ab hoībus quorum causa exercuere virtutes. Itē Mat. vi. Et quum oratis: non eritis sicut hypocrite qui amāt in synagogis et in angulis platearum stantes orare: vt videant ab hoībus. Amē dico vobis: receperūt mercedem suaz. Chrys. super Mat. Est autē oratio quasi quoddam spirituale tributus quod aīa offert deo de visceribus suis. quanto ergo gloriōsior est: tāto cautius est seruandane pp homines facta vilescat. Itē Chrys. in homil. hypocritas vocat. qui deū se singentes orare: hoīes circūspiciunt. Et ideo subdit. Qui amant in synagogis orare. Chrys. super Mat. Puto autem non ad locum hoc referit dominus: sed ad propositum orantis. In conuentu. n. fidelium orare laudabile est. sicut dictum est in ps. xx. In medio ecclesie laudabo te. et in ps. xcij. Domum tuam decet sanctitudo domine. extra de cele. mis. dolentes. de immu. ec. decet. vi. li. de cele. mis. grani. in cle. ps. xxv. In ecclesiis benedic te domine. Qui ergo sic orat vt ab hoībus videat: non deum aspicit: sed hoīes. et ideo quantus ad propositum suum. in synagoga orat. Quum autem orantis mens solum aspicit deū: qzuis in synagoga orat: tñ apud se in secreto videat orare. Sequit. Et in angulis platearum. vt videantur absconde orare. et sic duplicitate laudent. et qd orant: et qd absconde orat. Et ergo proposito in conuentu vetat orare vt a conuentu videantur. unde subditur. Ut videant ab hoībus. Orans ergo nihil nouuz faciat quod aspiciat hoīes: vel clamando. vel pectus percutiendo. vel manu expandendo. Aug. Non ergo videri ab hoībus nefas est. sed ideo agere vt ab hoībus videaris. Chrys. A van. n. gloria erui vbiqz bonum est. maxime autem in oratione. Si. n. sine hac cogitationibus circūserimus: vt ad orandum ingressi fuerimus hanc habentes egritudinem. qualiter intelligemus ea qd a nobis proferuntur. Tu autem quiaz oras intra in cubiculum tuum et. Chrys. Ut nemo sit ibi: nisi qui orat. et ille que orat. Testis. n. orantem grauat: non adiuuat. Cyprianus. In abditis etiam locis orare magis conuenit fidei. vt sciamus dominum ubi qz esse presentem: et maiestatis sue plenitudine occulta. xxvii. q. ii. pniciosaz. penetrare. Et clauso ostio ora patrem. Idem possumus autem intelligere ostiuz domus os corporis. vt non clamosa voce oremus dominum: sed tacito corde: pp tria. Primo. qd deus non voce clamosa pulsandus est: sed conscientia recta placandus. de cons. di. v. non mediocriter. et di. iii. si non sanctificatur. xxviii. di. sedulo. qui est cordis auditor. xv. q. vi. c. i. Secundo: qd secretas petitiones tuas non oportet alterum scire: nisi te et deum. Tertio: qd clamose orans alterum iuxta te non permittis orare. Jo. cass. in. ii. lib. de canonico orationum modo. Illum vero qui constitutus in tempore mentis cum clamore supplicat: dupliciter pecare pronuntiat. Primo qd orationis sue reus sit. qd eam videlicet negligenter offerat. Secundo qd indisciplinato strepitu alterius quoqz qui forsitan attinet orare potuit interceptit sensum. Itē et Mat. vij. Quum autem ieunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes. Chrys. Sciebat. n. dominus vanam gloriam ex oī bono opere procedere. Ideo spinaz vane glorie que nascit in terra bona: iubet precidere: ne suffocet. Lu. viii. ieunij fructum. Non autem potest fieri vt non sentiat qui ieunat. sed melius est vt ieunium te ostendat qz tu ieunium tuum. Non autem potest fieri vt sit hilaris: qd ieunium tristat carnem. ps. cxvij. Caro mea immutata est pp oleum. qui ieunat. Ideo nō dixit: Nolite esse tristes. sed nolite fieri. Qui. n. p. imposturas aliquas pallentes apparent: illi non sunt tristes: sed fiunt. Qui autem naturaliter pp assiduum ieunium tristis est: non fit tristis: sed vere est. Idem no. 8. eo. f. species acidie ver. Itē sup illud. in c. lxxv. Item idem. Si ergo qui ieunat et tristem se facit hypocrita est: quanto magis iniquior est: qui non ieunat: sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem quasi ieunij signum. Itē Mat. vij. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: et trabem in oculo tuo non vides: et. j. Hypocrita ejusce primum trabem de oculo tuo. Aug. Quidam temere iudicant de incertis. xij. q. iiij. gravae. xxx. q. vlti. incerta. et. c. nullum. Et facile reprehendunt: qui magis amant vituperare et damnare qz emendare atqz corrigere. quod vituz vel superbia est vel innidēria. Hiero. Be ihs loquitur qui quiaz mortali criminē detineantur obnoxij de pe. di. vi. c. i. ver. in hoc itaque minoria peccata si atribus non coedunt. Itē Chrys. Multi hoc faciunt: qui si viderint monachum supfluum vestimentum habentem: aut copiosior: cibo potitum: amari sunt accusatores quotidie ipsi rapientes et crapula potientes. xxvi. di. vna. vi. q. i. sacerdos. Itē Aug. Accusare. n. vitia offīi est bonorum. quod quum mali faciunt: alienas partes agunt. sicut hypocrite qui tegunt sub persona quod sunt: et ostendunt in persona quod non sunt. Et Luc. vi. Hypocrita ejusce primum de oculo tuo et. vbi Cyrius. Acz tēpm primum munduz ostendas a magnis peccatis: et cōsequenter consules proximo modica committēti. vi. q. j. sacerdos. Et Basilus. Videf. n. reuera cognitio sui ipsius gravissimum omnium. Acc. n. soluz oculū exteriora videns super se visu non vtit: sed et ipse nō ster intellectus quum alienū velociter cōiectat pctm: lentus est erga proprioz pceptioez defectuū. Et se quis in Luca. Non est. n. arbor bona qd facit fructus malos et. Beda. q. d. Si verā et non fictā vis habe-

re institiam: que verbis ostentas, etiam factis compensa. quia etsi se bonum singat hypocrita: non est bonus. Item Mat. xxiiij. Super cathedram Chrysostomi sederunt scribe et pharisei. Contra hypocritas clericos et religiosos maxime loquitur ibi dominus. quorum status est hodie et conditio, ut sint in ecclesia dei doctores: qui ad literam dicunt et predican et non faciunt. Mat. xxiiij. xix. d. viii. Ex quo iustitia in verbo est: et non in opere. Graues leges constitutiones contineant et iubent ipsis primi prevaricatores earum. x. dist. iustum. Orige. ibi. Quid est autem illo doctore miserabilius: cuius vitam discipuli quoniam non sequuntur salvantur: quem imitantur perduntur? Et sequitur ibi. Sicut enim et non faciunt. Mat. xxiiij. Chrysostomus in hominibus. Maxime enim accusatio dignus est: qui doctrine autoritatem habens, legez transgreditur, et maxime quia plus corruptus velut in ordine doctoris peccans. xj. q. iiiij. precipue. extra de voto. magna. ad hoc. xl. d. multi. Sequitur. Alligatus onera importabilia et c. xxvi. q. viij. alligatus. Sequitur. Omnia enim sua opera faciunt ut videantur ab hominibus. Chrysostomus in hominibus. Renascitur quod ipsorum exterminatur sicut ex ligno vermis et ex vestimento tinea. unde sacerdotum mysterium qui positi sunt ad edificationem sanctitatis, corrupte diabolus nititur; ut hoc ipsum bonum dum propter homines sit, fiat malum. Tolle hoc vitium de clero: et sine labore omnia alia vitia resecabis. Ex hoc enim fit, ut difficile clerici peccantes penitentia agant, supple quia non dolent de peccato. sed de gloria quam apud homines perdidérunt de peccato. quis aliquando post. c. mensuram. Sequitur. Amant enim primos accubitus et c. Hodie nedum clerici seculares sed religiosi quidam magistri et lectores et predicatorum et prelati eorum amant et procurant primos accubitus in eorum forestatibus et hospitiis: et primas sedes in choro: et reverentiam sibi fieri ab aliis fratribus: et eligi ab eis pro honoribus et prelationibus et quoscunq; eis talia denegantes persecuntur et trahulant. Unde contra tales vere hypocritas phariseos. et religiosos et scribas scilicet clericos doctores et commentatores octo ve in eodem. c. Mat. xxiiij. sequuntur. Et primum ve sequitur. Ue autem vobis scribe et pharisei hypocrite: qui clauditis regnum celorum ante homines. vos enim non intratis: nec intrare voleatis finitis intrare. Orige. Sicut pater increpans filium, profert verba maledictionis: nec tam vult illum dignum fieri maledictionibus illis: sed magis ab eis diuertere: sic et christus imprecatur ve hypocritis quod ab eis vult auertere. Chrysostomus. Regnum celorum dicuntur scripture. iuxta illud Mat. xxi. Ausseretur a vobis regnum. i. lex et scripture. xxiiij. q. viij. c. ii. Clauiculari autem sunt sacerdotes: quibus creditum est verbum docendi et interpretandi scripturas. Clavis autem est verbum scientie. x. d. i. q. i. scripturarum: per quam aperitur hominibus ianua veritatis. Ad apertio autem. xliij. d. c. i. est interpretatio vera. Vide autem quia non dixit, ve vobis qui appetitis. sed, qui clauditis. Ergo non sunt scripture clavis: licet sint obscure. sed sacerdotes et predicatorum hodie scripturas claudunt. quia aut per ignorantiam aut per timorem aut per adulacionem non aperunt auditoribus. xj. q. iiiij. non solum. veritatem. xliij. d. sit recto. Orige. Omnes qui mala conuersatione sua dant exemplum peccandi in populo: et qui faciunt iniuriam scandalizantes pusillos. Mat. xvij. claudere videntur ante homines regnum celorum. Et hoc peccatum inuenitur quidem in popularibus: maxime autem in doctoribus qui docent quod decet secundum iustitiam euangelij homines: non autem faciunt. j. q. i. non quales. que docent. Bene autem viventes bene et docentes aperiunt ante homines regnum celorum. et dum ipsis intrant: alios provocant introire. Sed multi non permittunt intrare in regnum celorum intrare volentes: quando sine ratione excōdicant quosdam propter aliquem zelum: et meliores quoniam sunt ipsis. Et ipsis quidem non permittunt eos introire. Illi autem qui soberi sunt mente: sua patientia tyrannidem ipsorum vincentes: quoniam vetiti, tamen intrant et hereditant regnum. vide. xj. q. iiiij. S. de his inquam. cujus. viij. c. seq. Sed et qui cum multa temeritate seipso dedurunt ad professionem docendi prius quam discerent. lxx. d. miserum. et iudaicas fabulas imitantes detrahunt eis qui in scripturis ea que sursum sunt requirunt: claudunt quantum ad se ante homines regnum celorum. Idem ve ponitur Luce. xj. quod ponitur Mat. xxiiij. unde ibi sequitur. Et vobis legisperitis ve: quoniam oneratis homines oneribus que portare non possunt. et ipsis uno. xxvi. q. viij. alligant. digito vestro notant gemitus sarcinas. et precedit in primis. xj. c. Luce. Adagister hec dicens etiam nobis contumelias facis. Deada. Quam misera conscientia: que audito dei verbo sibi contumeliam fieri putat: et commemorata pena perfidoz se semper intelligit esse damnandaz. Optimum verbum contra religiosos nostri temporis qui predictant vitia aliorum: et nullum in genere verbum contra se audire volunt in predicationibus ac si sint impoecabiles: et tamen christus publice plus nostra phariseos et scribas quam contra populum in suis predicationibus iudebat. ut patet Mat. xxiiij. in. viij. ve. que in isto. S. expono. quia plus in hypocrisi offendebant et in aliis peccatis spiritualibus. sicut et hodie in religiosis et clericis contingit. xxiiij. q. viij. transseverunt. Testis est mihi conscientia et christus: et aliqua pars mundi, quantas tribulationes passus sum in religione: et postquam fui episcopus a religiosis et clericis frequentissime tangens eos generaliter predicationibus meis. Hypocritis enim superbissima nullo modo vult tangi: quoniam incorrigibilis est: licet alios corrigat incorrigentia. sed ve talibus. Proverb. xv. Qui increpati ones odit, morietur. Tales similes sunt diabolo incorrigibili. Ecce. xxj. Qui odit correctionem: vestigium est peccatoris. et habet characterem bestie. i. diaboli. et addet. i. eo. S. ver. tertium. Theophilus. Erant autem alii legisperiti a phariseis. nam pharisei diuisi ab aliis videbantur. legis autem periti scribe erant et doctores legis questiones soluentes. Item Theophilus. Quoties doctor facit que docet: alleuat fasces: tradens ad exemplum seipsum. quando vero nil agit eorum que dicit: tunc graues fasces videntur eis qui doctrinam suscipiunt: ut pote qui nec a doctore possunt portari. Grego. Tales quoque modo sunt plures iudices severi peccantium, et debiles agoniste intollerabiles legislatores et debiles portatores. xxvi. q. viij. alligant. nec appropinquare volentes nec palpare vietate honestatem quam irremediabiliter exigunt a subiectis. Item secundum ve Matth. xxiiij. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite qui comeditis domos viduarum: orationes longas orantes. propter hoc amplius accipiunt iudicium. Chrysostomus. Sicut scribas et phariseos de gula reprehendit. et (quod deterius est) quoniam non a diuitiis, sed a viduis accipiebant unde venient implerent: et illarum inopiaz conterebant quā

releuare oportebat. gl. i. Qui vestra superstitione nihil inteditis: nisi vt predicta de subiecta plebe facias. Item Chrys. Sexus autem mulierum incautus est: qz non omnia que videt aut vidit: cuz ratione considerat. Mollis etia est: qz de facili flectit: vel de malo ad bonum: vel de bono ad malum. Hirilis autem sexus et cautor: et durior est: propterea simulatores sanctitatis circa mulieres maxime negociantur: qz nec intelligere eoz simulationes possunt: et facile ad eoz dilectionem inclinantur religionis causa. Propter cipue tamen circa viduas negocierunt: primo quidem qz mulier non facile decipitur habens consiliarium viru: deinde de facultatibus suis non facile aliquid dant: quiz sint in potestate viri. Propterea ergo dominus dum iudaicos sacerdotes confundit: christia nos monet ne viduas mulieribus amplius commorentur. Et ceteris: qz esti voluntas mala non fuerit: tamen suspicio mala est: et ab omni specie mala abstinerere oportet. I. Thessa. vlt. extra de vi. et ho. cleri. cum ab omni. Orationes longas et c. Chrysost. in homil. Quicunqz enim malum facit dignus est pena: sed qz a religione causam accipit malitie vel nequitie: gravio est obnoxius pene. Propter hoc amplius accepit iudicium. Num pro eo qz estis iniungi. Alterum pro eo qz segmentum accipitis sanctitatis. Avaritiam enim vestram religionis colore depingitis: et quasi prestatis diabolo arma dei: ut ametur iniuritas: dum pietas existimatur. Item Mar. xii. in fi. ibi. Qui deuorant domos viduarum sub obrentu prolixo orationis: ii accipiunt prolixius iudicium. vbi Beda. Non solum scribe et pharisei laudes ab homibus, verum etiam pecunias querunt. Sunt enim qz se iustos simulantes a peccatorum suorum conscientia turbatis, quasi patroni pro eis in iudicio futuri, pecunias accipere non dubitant: et quum porrecta manus pauperi precies iunare soleat: illi ob hoc maxime in noctibus pernoctant ut pauperi numimus tollant. Ibi etiam Theophilus. Accedebant autem scribe et pharisei ad hanc mulieres que sine protectione viri manebant: quasi earum fierent protectores: et simulatione orationis et habitu reuerentie et hypocriti viduas decipiebant: et sic deuorabant diuitum domos. Si accipient prolixius iudicium. s. qz ceteri indeo peccantium. Idez Luc. xx. in fine. ibi. Qui deuorant domos viduarum simulantes longam orationem. Chrys. Ingurgitantes etiam se viduarum paupertatem atterunt: non qualitercumqz comedentes, sed deuorantes et ad prauitatem orationibz vterentes: quod graviori pene facit eos obnoxios. Sequitur ibi. Si accipient damnationem maiorem. Theophilus. Quia non solum mala faciunt: sed et orationes pretendunt: et virtutem faciunt prauitatis execrationem. viduas etiam depauperant: quarum oportebat misereri. lxxxi. di. c. pe. et vlt. lxxxvii. di. c. j. extra de fodo cope. ex parte. His succeedunt hodie religiosi maxime mendicantes presertim viduas deuorates: et cum ficta religione eas depauperantes: duz ob sui presentiam eas cogunt expendere. Beda. Uel quia laudes ab hominibus et pecunias querunt: maiori damnatione plectuntur. Tertiuz ve. Matth. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei hypocrite qui circuitis mare et aridam: ut faciatis vnum proselitum. et quu fuerit factus: facitis eum filium gehenne duplo quam vos. Hilarius. Proselti sunt ex gentibus in synagogam recepti. Item Hiero. Scribe et pharisei totum illustrantes orbem id studij habebant de gentibus fa-

eere proselitum. i. adueniam circumcisum miscere populo dei. Hugui. Proseltus. i. aduenia circumcisus qui misceretur populo dei. a pro quo est procul: et salio quasi procul saliens a populo in populū. Chrys. Non autem propter misericordiam volentes eum salvare quem docebant: sed aut propter auaritiam ut additis in synagoga iudeis sacrificiorum adderetur oblationis: aut propter vanam gloriam: aut propter bona eoz. Qui enim leplum mergit in gurgite peccatorum: quo alterum de peccatis velit eripere? Nunquid magis misericors potest aliquis alteri esse qz sibi: de pe. dis. iii. qui vult. Ex ipsius ergo lacribus ostenditur qui propter deum aliquem vult conuertere: aut propter vanitatem. Item Grego. xxi. mora. Qui vocantur hypocrite: quibus peruersa semper operetur: loqui tñ recta non desinunt. bene loquendo quidem in fide uel conuersione filios pariunt: sed eos bene viuendo nutritre non possunt. Quanto enim se libentius terrenis actibus inserunt: tanto negligenter eos quos generant agere terrena permittunt. Et qz obdurate cordibus viuunt: ipsos etiam quos generant filios nulla pietate debita amoris agnoscent. vnde et hic de hypocritis dicitur. Et quum fuerit factus: scitis eum filium gehenne duplo quam vos. Aug. Quia eoz mores imitatur. Filius ergo gehenne: non quidem verba legis audiendo: et se in deum conuertendo: sed eoz sectam sectando. Propterea autem duplo quam illi: qz hoc negligebat implere quod propria voluntate suscepit: non ex iudeis natus: sed sponse. xvij. q. iij. presens. iudeus factus. Hiero. Uel quis qui dum esset gentilis simpliciter errabat: et erat semel filius gehenne: videns magistrorum vitia: et intelligentis destruere eos opere quod verbo docebant: revertitur ad vomitum suum. Prover. xxvj. ii. De. ii. de peni. di. iij. sunt qui dicunt: et gentilis factus quasi preuaricator vel apostata. de pen. di. iij. penam. xij. q. i. scimus. maiori pena dignus erat. Chrys. Quu enim virtuosus fuerit magister: discipulus imitatur. xxiij. q. j. cum beatissimus. Quum autem fuerit malus: superexcedit filius malum magistri addens malo suo. x. q. iii. proclinis. xij. q. j. c. j. Filius autem vocat gehenne: quo filius. iij. Thessa. ij. perditionis: et filius huius seculi. Lyc. xvij. Unusquisqz enim cuius opera facit eius filius appellatur. Joa. viii. de peni. di. j. S. hoc idem. ver. itez ut christus ait. Sie hodie inter religiosos quosdam cõiter fit. Circueunt ciuitates et loca: vi faciant vnum nouitium: maxime mendicantes: et quum fuerit factus professus: peior est illis qui cum recuperent: eoz vitia imitando et sua addendo: quia in isto tempore hypocritali ordines de die in die amplius relaxantur: et qui in sordibus sunt: sordescunt adhuc. Apoc. vlt. Qui in sordibus est: sordescat adhuc. xlviij. di. quantumlibet. Quanta erit pena decipientium maxime religiosorum mendicantium. contra quos extra de regni. is qui. et c. non solum. lib. vi. homines mundi marime pueros et adolescentes faciendo eos promittere regulam quam non seruant: et quam eis non exponunt eis laqueum injicientes: et preuaricatores eos facientiū. deus nouit. xxvii. q. i. viduis. Nec enim ad eoz salutem intendunt recipientes qui dam: qui eos negligunt et non corrigunt: sed ad suum questum et augendum numerum: sed non meritum: qz faciunt eos relinquere ordinem quod habent: vel emere libros quos derelinquant ordinem: nihil datos pauperibus f3 regulam beati Francisci euangelicam. contra tales vide. xx. q. iij. c. vlti. ut ad litera implet-

Esa. ix. ad prin. Multiplicasti gentem et magnifica-  
sti letitiam, et gloriam mundi recipiendo filios ma-  
gnorum et divitium huius mundi. Immo per maio-  
res eorum retrahuntur ab obseruantia regulari quā-  
dno promiserunt: ne eos in vita excedant: et eorum vi-  
ta per consequens condemnetur. et tales singulares  
et sarrabitas et beguinios appellant: maxime fratres  
minores vocantes singulares sue regule zelatores: et  
ab eorum carnali vita migrantes. Quartu*v*e Mat.  
*xxiiij*. Ne vobis duces ceci: qui dicitis: quicunq*z* iura-  
uerit per templum nihil est. quicunq*z* autem iurauer-  
it in auro templi debitor est t*c*. Chrys. Templum  
quidem ad gloriam dei pertinet: et ad hominum spi-  
ritualem salutem. aurum autem templi est ad gloriam  
dei pertineat. *xij*. q. *iij*. aurum. t*n* magis ad delectatio-  
nem hominum et ad utilitatem sacerdotuz ostenditur.  
Iudei autem aurum quo ipsi delectabantur q*r* erat  
aurari. *Luc. xvij*. aurum auentes. i. cupientes. i. q. *iij*. ex  
his. et dona quibus ipsi pascebantur. sanctiora esse di-  
cebant q*z* ipsum templum: ut homines promptiores  
facerent ad offerendum dona q*z* ad preces funden-  
das in templo. vnde consequenter reprehendit eos  
d*n*s dicens ibi. Stulti et ceci: quid enim maius est au-  
rum an templum quod sanctificat aurum? Sic et ho-  
die multi religiosorum mendicantium depingunt et  
deaurant muros ecclesiarum: quasi ad quandam des-  
uetionem: sed potius ad eoz questum et auri cumu-  
lationem. Nam intrantes tales ecclesias potius re-  
spiciunt ad curiositatem ecclesie q*z* denotione et ora-  
tionez: eleuantes tota die oculos cordis et corporis  
ad aurum et picturas potius q*z* ad deum. Amb. Au-  
rum sacramenta non querunt: nec auro placent que  
auro non emuntur. ornatus sacroz redemptio capti-  
uoz est. *xij*. q. *iij*. aurum. Hiero. Marmorata nitent au-  
ro: et ministroz christi nulla est electio. Huius nu-  
men credunt homines bestiales esse in reliquo des-  
auratis et deargentatis: et ideo ibi plus offerunt: et  
propter oblationes facilius et frequenti<sup>9</sup> eas eis re-  
ligiosi ostendunt: et sic religiosi quidam amplius q*z*  
clericu*s* seculares subtili ingenio a barbaris. i. laicis au-  
rum extorquent. s*f*. de commerciis. *l.ij*. *xiij*. q. *v*. dixit.  
et notatur. *xiij*. di. in mandatis. Beaurota imago au-  
rum trahit. *bm* Beru*s*. Adde hic *fm* eum quod no.  
supra in prima parte. *S*. in primo quidem. ver. itez de  
dono ecclesie. in *c. lxj*. Et quod no. *s*. eod. *S*. species su-  
perbie. ver. si dicant. in additione que incipit. *Mul-*  
*ti*. in *c. lxxvij*. Item ibi Chrys. i. in Matthaeo. *Mul-*  
*nunc christiani sic insipientes intelligunt. ecce enim*  
*si aliqua causa fuerit: modicuz videtur facere qui in-*  
*rat per deum: qui autem iurat per euangelium: ma-*  
*ius aliquid videtur fecisse. quibus similiter dicendū*  
*est. Scripture propter deum scripte sunt: non deus*  
*propter scripturas. maior ergo est deus qui sanctifi-*  
*cet euangelium, q*z* euangeliū quod sanctificatur ab*  
*eo. de hoc. xxij. q. i. si aliqua. vbi no. q*p* magis est obli-*  
*gatus quātum ad ecclesiā qui solenniter iurat per*  
*euangelium: q*z* qui sine solennitate iurat per deum.*

Quintum ve hypocitarum. *Mat. xpij*. est. Ne vobis  
scribe et pharisei hypocrite qui decimatis men-  
tam et anethum et cymimum: et relinquitis que gra-  
uiora sunt legis: misericordiam, et iudicium, et fidem.  
Et hoc oportuit facere et illa non omittere. Buces.  
*Luc. vij. xxxvij. di. S*. vt itaq*z* ceci excolantes culicem:  
camelum autem glutientes. Hiero. Ex hoc capitulo  
arguit eos quaritie q*p* studiose etiam vilium olerum  
decimas exigant: et iudicium. extra de ver. sig. forus.

in disceptatione negotior*z* misericordiamq*z* in pau-  
peres. *lxxvj*. di. non satis. et fidem. *Matth. xv. Luc.*  
*vij*. in deum. que magna sunt pretermittant. Chrys.  
Uel quia sacerdotes avaritia pleni. *Luce. xvi*. extra  
de deci. c. i. si quis decimam aliquid rei vel minime  
non obtrulisset: corripiebant eum quasi magnum cri-  
men fecisset: si quis autem alterum ledebat: aut in  
deum peccabat: non curabant eum corripere. vide  
quod legitur et no. *xxij*. q. *iiij*. si is. in gl. Immo de lu-  
cro quidem suo solliciti: de gloria autem dei et salute  
animatorum hominum negligentes. Queritur asina:  
non anima. Beru*s*. seruare autem iustitiam et facere mi-  
sericordiam: et habere fidem propter suam gloriam  
deus mandauit. Decimas autem offere propter vti-  
litatem sacerdotum: vt sacerdotes quidem populo in  
spiritualibus obsequantur: populi autem in carnali  
bus sacerdotibus subministrant. *j. Corin. ix. xij. q. i.*  
*S*. his itaq*z* extra de censi. cum apostolus. Sic et mo-  
do fit: quia omnes de honore suo sunt solliciti de ho-  
nore autem dei nullus. Portiones autem suas vigi-  
lanter defendunt: sed circa obsequium ecclesie curaz  
impendere non attendunt. Si populus decimas no*n*  
obtulerit: murmurant omnes. si peccantem populu*m*  
viderint: nemo murmurat contra eos. Sed quia scri-  
barum et phariseoz ad quos loquebatur: quida*z* po-  
pulares erant: non est incongruum vt aliam exposi-  
tionem faciamus propter eos qui decimas dabant.  
Nam et qui accipit decimas: recte decimare debet: et  
qui dat. Scribe ergo et pharisei minimarum quide*z*  
rerum decimas offerebāt ostendende religionis gra-  
tia. in iudicis autē erant iniusti. in fratribus sine mi-  
sericordia. in veritate increduli. hucusq*z* Chrys. Itet  
Remigius. Ostendit quippe d*n*s his verbis quo-  
modo omnia precepta legis t*a* maxima q*z* minima  
sunt implenda. Redarguuntur autem qui eleemosy-  
nas de fructibus terre faciunt: putentes se minime  
posse peccare. quibus nihil prosumt eleemosyne: nisi  
et peccatis studeant cessare. de pe. di. *iiij*. sane cauendū  
est. Hilarius. Et quia minus piaculi esset decimatio-  
nem oleris q*z* benevolentie officiū preterire: irridet  
eos consequenter d*n*s dicens. Buces ceci excolates  
culicem camelum autem glutientes. Hiero. Camelū  
puto esse magnitudinem preceptor*z*. iudicium. milie-  
ricordiam, et fidem. Culicem: decimationem mente  
et anethi et cymini: et reliquo*s* olerum vilium. Nec  
autē precepta dei que magna sunt. deuoramus atq*z*  
negligimus. et operationem religionis in paruis q*z*  
lucrum habent cum diligentia demonstramus. Ar-  
chitas tarentinus. Leges sunt sicut tele aranearum:  
que grandis volatilia transmittunt: et muscas reti-  
nent. Orige. Uel excolantes culicem. i. expellentes a  
se minima delicta: que culices nominavit. Cameluz  
autem glutientes. i. committentes maxima delicta:  
que nominavit camelos: animalia videlicet tortuo-  
sa et grandia. Scribe autem moraliter sunt qui am-  
plius nihil estimant in scripturis q*z* simplex sermo  
demonstrat. Pharisei autem sunt omnes qui iusti-  
cant semetipso*s*: et dividunt se a ceteris: dicentes. No-  
li mihi appropinquare quoniam mundus sum. *xlvi*.  
di. recedite. *xxij*. q. *iiij*. ecce. Esa. *lij*. Menta autem et  
anethum et cymini ciboz conditure sunt: non prin-  
cipales cibi. Sic in conuersatione nostra quedā sunt  
necessaria ad iustificationem: vt iudicium. misericor-  
dia. et fides. Alia sunt quasi conditicia actus nostros  
et suauiores eos facientia: vt abstinentia. risus. ieiuniu*m*  
flexio genuum. et huiusmodi. Quomodo autē

non existimantur ceci: qui non vident: quoniam nihil prodest cautum esse dispensatores in rebus minimis: qui principalia negliguntur. **H**os ergo sermo presens confundit: non quidem levia prohibens obseruare: sed principalia precipes cautiis custodire. **A**dde quod scripsi. s. in prima parte in. S. nunc querendum est. i. ver. i. super tex. decimantes mentaz tc. in c. lxxix. Sic quidam clericis nostri temporis et religiosorum plurimi de constitutionibus suis et ordinis faciunt sibi conscientiam: non de preceptis dei et regule quam voverunt. Si omittant versum vel dictio nem in officio: vel aliquantulum irascantur: vel pa lo amplius comedant vel rideant: vel amplam tonsuram non portent: vel parvus amplius dormiant quod debeant: vel hinc non vadant: vel missam sepe non dicant: vel carnis titillationes habeant: vel raptim indecenter videant: vel bene in choro non legant: vel de similibus venialibus et ceremonialibus non obseruatis faciunt sibi magnam conscientiam: et de talibus subtiliter se accusant. **E**nobedientia vel rebellione ad prelatum, de suspecta familiaritate mulierum vel alia maxime sanctimonialium, de pecunia quam habent quantam habere possunt, de ambien do et procurando honore, de transgressione conti nua paupertatis in libris et tunicis et eleemosynis et alijs suppellelibus, de partialitate, de dissimilatio ne, de odio fraterno, et similibus criminalibus conscientiam tales coiter raro habent: et rarius cum ea dimittendi proposito constitetur. sicut tetigi. s. in isto c. in. S. aliud. vers. in nullo. Similes usurario nolenti spuere in ecclesia: et sibi de hoc et non de usuris conscientiam facient. Tales vero decimant mentam et anethum. i. de venialibus sibi faciunt conscientiam: non de mortalibus: et legis gravia committentes ca melos glutint: et colantes culicem de minimis con fitentur. **T**alium religiosorum et clericorum vere phariseorum et hypocitarum iustitia est habitum suum porta re: tonsuram magnam habere: exteriores obseruantias custodire: sacramenta dare: predicare verbaliter: recitare vocaliter: confessiones maxime questuosas audire: consilia animarum dare: alios pacificare: sed in his et similibus que sunt querere. **W**hil. ii. viii. q. j. sunt in ecclesia. Sed quid valet religio sine charitate? habitus sine humilitate? tonsura sine paupertate? silentium oris sine quiete cordis? **B**ern. **A**manet tonsura, vestis: necdum mutata est vita. **J**ejuniorum regula custoditur: statutis plallitur horis: sed cor eorum longe est a me. dicit dominus. **E**sa. xxix. **A**bat. xv. **S**extum ve **A**bat. xxiiij. contra hypocritas est. **C**o vo bis scribe et pharisei hypocrite: qui mundatis quod deforis est calicis et paropisidis: intus autem pleni estis rapina et immunditia. **H**ierony. **H**oc dicit ut arguat eos simulationis et mendacij: quod aliud ostendat hominibus foris: aliud domi agant. Foris ostendebant hominibus sanctitatem: intus autem pleni erat immunditia. **V**el hoc dicit dominus Chrysostomus. quod iudei quoties ingressuri erant templum: aut sacrificia oblaturi per dies festos seiplos et vestimenta sua et vestes lauabant: et a peccatis nemo seipsum purgabat: qui deus neque munditiam corporis laudet: neque fordes condemnnet. **D**one tamen quod deus horret fordes corporum et valorum: que necesse est ut ipso vsu sordidentur: quanto magis fordes conscientie horret: quaz si volamus, semper mundam seruamus? **P**harisee cece munda prius quod intus est calicis et paropisidis: vt fiat quod deforis est, mundum. **C**hrys. Non autem

xxi. q. iii. c. de cōs. di. v. fūcare. Imp̄seuerātia. ne deficit. Ber. Stude p̄suerantie: q̄ sola coronat. Idez. Scias diabolū soli semp̄ p̄suerantie insidiari: quaz solā virtutē nouit coronari. de pe. di. ij. S. ex p̄missis. ver. itē illud euangeli. Aug. Qui facere poteritis ne virginitatis bonū a vobis pereat: facere nō poteritis vt redeat. ad hoc. xxxij. q. v. si paulus. de pe. di. ij. in cassum. viij. q. j. suggestū. In. c. si paulus. dicit q̄ virginē post ruinā deus suscitare nō pōt. sed q̄ hoc intelligat vide ibi in gl. Honoratur aut̄ virginitas a deo. ab angelis. ab hoib; a diabolo. A deo. Hiero. iij. Hux virginitatis mee tu es. Est ergo christus dur virginitatis. est et spōsus. Ipse est. n. summus pontifer de quo Leuit. xxij. Virginē ducet uxore. virginē vtqz ecclesiam. ij. Cor. xj. xxvij. q. j. nuptiarū. Despōdi vos t̄c. et virginē aiam. pal. c. si paulus. Itē christus nō solū est virginitatis spōsus: sed filius. Esa. viij. Ecce virgo cōcipiet. Luc. j. Aug. Unius sancte virginis partus oīus sanctarū virginū est decus: et ipse cū Maria matres christi sunt: si patris eius faciūt voluntatē. Mat. viij. Honorat ab angelis. Luc. j. Mis̄sus est angelus gabriel et c. Itē angelus honorauit virginē in excellentissima legatione et in reuerentissima salutatione. Itē angelus nō pmisit se a Joanne virginē adorari. Apoc. xix. et vlt. Vide ne feceris. Honorat angeli virginēs: qz et ipse terrestres angeli sunt et hoib; celestes. Ber. Quid castitate decorius: que mundum de immundo conceptum semine. de hoste domesticum. de hoib; angelū facit. Honorauerūt angelī Hagnen in veste. Ceciliā in corona. Agatham in tabula marmorea. Catharinā in sepulcro. Szini mici sunt impudicoz. Dan. iij. Ecce. n. angel⁹ dñi accepta suā ab eo scindet te mediū. De sodomitis subversis ab angelis et occecatis. Gen. xix. q. j. deus. xiiij. di. qd ait. Honorat ab hoib; bus. Judicij. xxij. Virgines reservate. Num. xxij. Puellas et oēs seminas virginēs reservate. Alij oēs iubent interfici. Adherito salus daf virginib;: qz per virginē salus. Ansel. Non est salus: nisi quaz tu virgo peperisti. Virginē n. saluant nō carne tm̄: sed mēte simul. Isidor⁹. Virgo carne nō mēte nulluz premiū habet in generatione. in pal. c. si paul⁹. De quarto q̄ honorat a demonib; virginitas. Tob. vj. t. viij. demō noīe Asmodeus virginitatē sare a. vij. corruptoribus liberavit. Marraf in vitiis patrum q̄ cuidam vidue castitatis amartri demō fuit specialiter assignatus vt eaz deijceret a proposito castitatis. Quāq; p̄ multa t̄pa eā mōlestasset valide: nūqz tñ eius animuz potuit flectere ad cōsensum. Tandē demonū concilio connocato prīceps eoz interrogabat a quolibet quid egisset: et ille apud eū beator q̄ et neqz: at vbi ad istū ventuz est: cōfusione dignus habef q̄ a femina supatus est. vñ et sibi iniunctum est vt imperio dñe obediret qz diu in carne vineret. Huz aut̄ dñia. vt moris habebat. exclusis puellis se in oratione p̄strasset: et vellet sibi calcimenta detrahere: adfuit in specie decori inuenis ille demō. quo viso dñia exclamauit. accurrēs familia nī hil inuenit. Tertio silt veniēs allocutus est dñam netimeret: sibi qz seriem rei explicans obedientiā repromisit. Addens q̄ de illo peccato eā non amplius molestaret. Quāq; dñia familiam induisset: demō conqueſtus est q̄ sibi non fuissent vestimenta collata: allegans se plus alijs seruinisse: dñia indumenta cōceſſit. ille suscipiēs se in cōclauis clausit. domicelle respicientes per rimas portarum viderunt demonem pānos suuentem. et ille indignatus misit vestimenta in

Honor  
virginib;  
exhibitū

ignem:

ignem: sed ad mandatum domini extraxit, cui ob meritum castitatis semper servuiuit diabolus. Ergo velit nos honorat virginem: sicut virtus victrices: et tanquam angelorum sorores quos ipsi timent. Ver. Fulgida virginitas est gemma virtutum: germana angelorum: lam pas ecclesiarum: lux animarum. ipsa calcat libidinem. vincit diabolum. contemnit seculum. depunit omne periculum. Sicut diabolus honorat castos et virginem: sic potestatem habet singularem super immodicos: qui sunt de sua familia: quod ipse spiritus immundus est. Luc. xij. Tob. vi. Qui coniugia ita suscipiunt ut deum a se et a sua mente excludant: et sue libidinibus vacent: sicut equus et mulus quibus non est intellectus: habet super eos demon potestate. Quatuor etiam sunt in quibus virginitas honoratur in celo. In intrandi securitate. Mat. xxv. Que parate erat intrauerunt et c. Angelica societas. Iudicium. xxi. Inuenite sunt de Iabis galaad. cccc. virginem que nescierunt viri torum et adduxerunt eas ad castra in sylo. Castra sunt angeli. Genes. xxxii. Lastra dei sunt hec. Secundum interpretatur auulso, restitutio, et certe amissio facta per angelos cadentes, specialem habebit restitucionem per virginem stantes. de consil. i. hi duo. Christi conformitate. Apoc. xiiiij. Si sequuntur agnum quoniam cuncti erit. Virginem sequuntur agnum: quia ei per incorruptionem specialissime conformantur. preallis. c. Sap. vi. Incorruptio facit esse proximum deo. Gaudium singularitate. Apoc. xiiiij. Nemo poterit dicere catalogum nisi illa. cxliij. milia. Hoc est singulare proflus gaudium cantibus exultationis et laudis de incorruptione et virginitate procedens. Castitas et virginitas tranquillam facit vitam. i. Timo. ii. ibi. Tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. q. d. Non sufficit virginitas absque alijs bonis operibus. Greg. in homil. Hec castitas ergo magna est sine bono opere: nec bonum est aliquod opus sine castitate. vnde Luc. xij. Sint lumbi vestri precincti: et lucerne ardentes in manibus vestris. Grego. Nulla sunt bona cetera: si occulti iudicis oculis castitatis testimonio non approbantur. Magna pulchritudo et vera gloria castitas et virginitas. Judith. xvij. Erat enim virtuti castitas adiuncta et c. vsq; Erat autem festis diebus procedens cum magna gloria. Isido. Castitas est pulchritudo inuiolata sanctorum. Res est angelica. Chrys. Castitas res est angelica per quam solum singulariter homines angelis assimilatur. Bernar. Differunt inter se homo pudicus et angelus. sed felicitate: non merito. sed etsi castitas illius felicior: huius inde cognoscitur esse fortior. Ver. Sola castitas mores istius beate veredicit regionis in qua neque nubent neque nubentur. Mat. xxij. prebens quodammodo terris experientiam conuersationis celestis. Ministrum dei facit. Psalms. c. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit. ii. ad Corin. vi. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros et c. Et infra. In castitate. Cor confortat. Iudit. xv. Fortatum est cor tuum eo quod castitatem amaueris. xiiiij. quest. v. tunc salvabitur. ubi ponitur triplex castigatio. Iste sunt eunuchi qui se castrauerunt sancti propter regnum celorum. Mat. xix.

Chrys. Illa est gloriola continentia: non quem transgredi non potest ne cessitas debilitatis corporis vel nature: sed quam completetur voluntas sancti propositi.

De quinq; que queruntur secundum Thomam circa virginitatem. Cap. 83.



Ueruntur autem secundum sanctum Thomam in libro. in. iij. q. cl. circa virginitatem quinq; Primo in quo consistit virginitas. Secundo utrum sit licita. Tertio utrum sit virtus. Quartu de excellentia eius respectu matrimonij. Quinto de excellētia eius respectu aliarū virtutū.

Ad primū videtur quod non consistit in carnis integritate propter definitionem. Aug. s. posita in. S. proxi. ver. Est autem quod virginitas est in carne corruptibili et c. Item quod est in animo. vt. s. dixi. S. proxi. ver. et est sciētus. Preterea carnis integritas videtur consistere in signaculo virginis pudoris. Sed quoniam absque virginitatis preiudicio frangitur illud signaculum. dicit enim Aug. Est autem superior felicior quam secunditas non ventre grauescere: sed mente grandescere. Illa filios doloris: ista filios parturit gaudij et exultationis. Item Aug. Ipsa continentia nequaquam sterilis est: sed secunda mater filiorum gaudiorum. Illa filiis replet terra: ista celum. ad hec. xxij. q. i. nuptie. xxij. q. v. tunc saluatitur. Illa est multe solitudinis: ista quietis. Bilibertus. Virginitas est curarum silentium: pax carnis: redemptio vitiorum: principatus virtutum. Illa est bonum: ista melius. Hiero. ad Hammachium. et supra dixi. S. proxi. ver. sed contra est. Tantum est inter nuptias et virginitate: quantum inter non peccare et benefacere. Immo (vt levius dicam) quantus inter bonum et melius. illa comparatur spinis: ista rosis. Hiero. ad Eustochium. Laudio nuptias: sed quod mihi virginem generant: lego de spinis rosam: de terra aurum: de conchis margaritam. Item quod christus non de corrupta nascitur, sed de virginem: est ratio eius Aug. de sancta virginitate, super illud Luc. i. Ad virginem. Illum enim decenter solum virginitas parere potuit: qui in sua nativitate parem habere non potuit. Oportebat enim caput nostrum propter insigne miracula sibi corpus nasci de virginem: quod figuraret membra sua de virginem. xxvij. q. j. nuptiarum. ecclesia sibi spiritum nascitura. Itz Chrys. super eodem. c. ibi. Omni virum non cognolo. Quinimum ei ipso contingit quod es coniugis inexperta. nam si virum experta fuisses: non digna censeris hoc ministerio: non quia profanum sit coniugium: sed quia virginitas potior. Decebat enim coem oium dominum et in naturitate nobiscum participare: et ab ea discrepare. At enim ex utero nascetur, habuit coem nobiscum: quod autem absque concubitu nascetur, plus a nobis obtinuit. Penetrans magnus Climacus profunditate vere virginitatis et castitatis ait. Castitas vel virginitas est natura in corpore appropriatio Iesu Christi: dominus amabilis: scutum cordis superterreste: supernaturalis et supergloriosa abnegatio nature: et vere corporalis et mortalis et corruptibilis supermirabilis ad incorporeos coaptatio. Castus est qui amore et concupiscentia sancta amorem et concupiscentiam et igne igne immateriali reperiens extinguit. Iste est canonicus. i. regula. dist. iij. canon. castissime castitatis: eaque simili super animatis et inanimatis ratinabiliter atque irrationalibus corporibus affici. Principium quidem castitatis, non consentiens cogitatio et praeter idolum. i. imaginationem turpe ex turpibus respersio. Medium castitatis, naturales motus super

In quo virginitate consistere sit dicendum,

multitudinem alimentorum, et solum sine idolis existentes: et a coniunctionis respiratione liberi. Finis vero, mortificatio corporis premortuis cogitationibus. Si istud est vere castitatis et virginitatis argumentum, immobilem esse in phantasmibus somniorum: ista penitus terminatio luxurie fluxum sustinere in cogitationibus vigilantem. In introducendis, i. non uitio corporis lapsus ut plurimi ex deliciis habent fieri. In mediis vero ex alia sapienti elatione. In iis vero qui perfectioni appropinquant ex eo tantummodo quod proximum inducent. Castitas est dei propria et similitudo summi quod homini possibile est. Mater vero castitatis qui es solitaria cum obedientia. Est in somnis fluxus ex multitudine escarum et quietis. Alter est ex superbia: quoniam in diurna nostra influxibilitate inflatur: et rursum ex eo quod proximus inducemos. Alter ex demonum inuidia; ut ex hoc quod altissimam possideat humilitatem.

Secundum Cheremonem in collatione de castitate in lib. coll. Jo. cassi. Sunt sunt castimonie et vere virginitatis et perfecte gradus: quibus ad inuolabilem concenditur puritatem. Primus est ne vigilans impugnazione carnis monachus elicatur. Secundus ne mens illius voluntariis cogitationibus immoretur. Tertius ne femine vel tenuerit ad cœcum pescantem moueat aspectu. Quartus ne vigilans vel simplicem carnis perferat motum. Quintus ne animi quicunque memoria generationis humane vel tractatus ratio, vel necessitas lectionis ingesserit: subtilissimus mentem voluntarie actionis perstringat al sensus. Sextus ne ille illecebrosus phantasmibus seminarum vel cuiuscunq; vel dormiens illudatur. Idem. Hec est vere consummatio castitatis: que non impugnans carnalis concupiscentie motus, sed totto horrore detestans, iugem atque immobilem sui retinet puritatem: nec potest quid aliud esse quam sanctas. Hoc autem fiet quoniam in auctoritate definens. Gal. v. caro adversus spiritum concupiscere: desideriis eius virtutis quicunque consenserit: cuperintque sibi pace firmissima sedari: et secundissime habitauerint fratres. scilicet corpus et anima in unum. Idem ibidem. Hec est consummatio castitatis: ut vigilantem monachum oblectatio libidinis nulla perstringat: ut quiescentem non fallat illusio: sed quoniam dormientem tam loquaciter mentis incuria commotio carnis oppresserit: quemadmodum sine villa titillatione voluptatis excitata est: ita etiam sine villo pruritu corporis conquescat. Singulare est privilegium virginitatis. Primo quia replet per radicum, ut. xxvij. q. i. nuptie. Secundo quia sola est que cum fiducia potest deo animas presentare. in auten. de lenoni. scimus. colla. iii. Tertio quia est principium aliarum virtutum. in auten. quo opor. episc. et reli. cleri. ad ordin. dedu. scilicet ne quis auctoritate sacras. Quarto sola virgo consecratur. xxvij. dist. acutius. Quinto aureolam habent virgines sicut martyres et predicatorum. ut. s. dixi. xxvij. q. v. si paulus. de hoc legitur et non extra de proba causa matrimonij. Pauci hoc privilegium habent. l. di. quia tua. Hic quero nunquam cum corrupta potest dispensari ut consecratur: sed non determinat per quem. Et credunt quidam quod in hoc casu per episcopum possit dispensari. quoniam non fit ei prohibitum sum id quod non. l. di. in summa. et facit pro hoc. xxvij. q. i. virginem que. Potest inquam si occultum est aliquam esse corruptam: et subest causa rationabilis dispensandi: vixputa vitatio scandali: vel alia causa: maxime vbi sine viri admittance per abu-

sionem aliquam facta est corruptio: quia dubium potest esse de iure utrum ista corruptio abusua faciat irregularitatem in muliere. per ea que. s. de hac materia notaui in. s. p. tractato. ver. et notandum. cum ver. seq. in c. lxxij. Cum notorie corruptis non credunt isti simpliciter episcopum posse dispensare. et hoc propter scandalum. et quia non legitur in hoc casu fuisse aliquando dispensatum. sum Archidia. dominum meum qui ita no. xxvij. di. acutius. in gl. nunquid. In quo. c. glos. ordi. no. q. ideo episcopis non virgo consecratur: quia significat ecclesiam militantez in qua sunt boni et mali. de conse. di. iii. est unitas. Sacra virgo signat ecclesiam triumphantem: vbi non est macula nec ruga. Ephes. v. xii. di. q. suis. Si vir votum virginitatis habens adiungatur uxori: non dimittat uxorem: sed tribus annis peniteat. xxvij. di. si vir. Bicunt quidam per hoc. c. q. postquam contrahit: absolutus est a voto: sed faciet penitentiam de voto violato: et potest nedum reddere debitum: sed exigere. Sed hoc non credo quod absoluatur a voto: nec quod possit petere debitum: quod quantum ad se adhuc votum tenet: ut non exigat. op. arg. extra de iure iuram. quanto. vbi dicitur quod iuramentum obseruari debet quatenus potest: sed ius matrimonij non compellit debitum exigere: quia hoc libertatis est: sed compellit eum reddere. Unde dicendum est quod potest sine peccato solvere: quia ad hoc est obligatus: sed non potest sine peccato petere: quia sacerdot contra promissum: et sic contra conscientiam: et edificaret ad gehennam. extra de sentent. exco. inquisitioni. cum simi. Et istius sententie fuerunt Innocent. et Ber. et Jo. extra de conuer. coniu. quidam. et. c. accedens. in gl. i. que fuit glo. Jo. de hoc etiam no. xxvij. q. i. agathosa. Item uenientibus virginitatem non soli nubere sed nelle nubere est dannabile. xxvij. di. non uenit. Virginibus post consecrationem nubentes adulterare sunt et inceste et sacrilegio. xxvij. di. c. vlt. xxvij. q. j. virginibus. Professa virginitatem indicans nuptias anathema sit. xxvij. di. si quis propter. et. c. si quis vel. et. xxvij. dis. quicunque. Quid si aliquis fornicariam defloravit: cum qua postmodum contrahit: nunc quod poterit postmodum promoueri? Tenet Jo. et Ber. Bar. brix. in sua questione dñicali que incipit. aliquid cogouit virginem. Et Ray. et Jo. An. in c. clerici q. de vi. et ho. cle. lib. vi. quod talis poterit promoueri post mortem istius. ut no. xxvij. q. v. qualis. de cleri. coniu. sane. de biga. debitum. in vlti. gl. Ego autem post Hugo. et Ostien. et Jo. de finito et Archidia. teneo ostendere quod talis tanquam bigamus non valeat promoueri. et hoc per illa. c. expresa. xxvij. dist. quia sunt ibi. Nec eam virginem peruenire ad eum. xxvij. di. nemo. ibi. Unicam et virginem uxorem habuerit. vbi de hoc. et. xxvij. di. maritum. ibi. Nec eum quidem qui unam concubinam et ubi de hoc. et. xxvij. di. curandu. ibi. Qui uxorem virginem non duxerit. et. c. seq. precipimus. ibi. Qui virginem non est sortitus uxorem. et. xxvij. di. quicunque. ibi. Una tantum et ea quam virginem coi per sacerdotem benedictione percepit uxore contentus. et. xxvij. q. v. qualis. ibi. Virgo casta et desponsata in virginitate. et preal. c. clerici. ibi. qui cum unis et virginibus contrarerunt. vbi tacite iure nouo videtur hec opinio approbari. Ratio est propter proportionauam matrimonij: quia maritus est talis corruptus: et non agitur hic de peccato: sed de sacramento sanctitate. xxvij. di. acutius. Alia ratio ualida sum Archidia. est quia carnis commissio significat conformitatem diuine et humane nature: que contracta fuit

An pmo  
ueri possit  
q cu forni  
caria exigit

Castimo  
nie gradu

Virginis  
tatis priuilegia.

An corru  
pta possit  
consecrari.

in utero

An abba  
tissā opor  
teat esse  
virginem

in vtero virginali: factam per mysterium incarnatio  
nis extra de biga debitum. Quum ergo hoc factum  
fuerit in vtero virginali: vt actus consummatus id  
significet: oportet q̄ consummatio sit facta in vtero  
virginali: quod esse non potest si antea eam corrupis  
set. et ad hoc etiam facit. xxxij. di. seriatim. ibi. Uxore  
ducere virginem rc. In hac sententia etiam residet  
Hof. in preall. c. sane. Et ratio est fm eum q̄ incipit  
esse maritus corrupte. vt in iuribus predictis. de hoc  
no. Archid. in preall. c. nemo. et c. qualis. et c. clerici q.  
li. vij. Itēz hic quero an abbatissa debeat esse virgo?  
Et casus expressus est q̄ sic. xx. q. i. iuueniculas. et no.  
xxxij. q. i. quo. in glo. non ideo. et pro hoc facit. i. q. vij.  
si quis oēm. ibi. Nonimus peccatricem prius. Ad a  
riā. post cōuersiōne q̄uis sancta et casta: tñ inter dia  
conissas computata non est. facit. xvij. di. c. vlt. Sed  
contra videtur quia corrupta potest esse diaconissa.  
xxvij. q. i. si quis rapuerit. in si. facit. lxvij. di. nemo  
presbyter. Dico q̄ de bono et equo est et honesto. q̄  
abbatissa sit virgo: quia virginibus habet preeſte: et  
ad virginitatem horzari: quod corrupte sic non com  
petit. arg. op. xxv. di. c. vlt. et xxvij. di. c. vlt. lxij. di. c. ii. in  
si. Hiduā tñ hodie d̄ facto abbatissa sit et fieri potest.  
arg. extra de eta. et quali. tuam. Et tunc fm Hugo. cō  
secreanda non est. xxvi. di. acutius. Et in hac sententia  
videtur esse Archidia. in preall. c. iuueniculas. Bicū  
tur autem virgines a viro. vel dicta est virgo a vi  
ridiori etate. vel ab incorruptione quasi virago. q̄  
adhuc ignorat femineam passionem. fm Hapi. Et  
dicitur virago a viro. quasi vir sit et virum agit. sed q̄  
Hugui. in deriuationibus. arg. ad hoc xxxij. q. vij. S.  
sed illud. ver. hic si quis. Cum virgine committitur  
stuprum proprie etiam voluntate vtriusq; xxvij. q.  
i. S. cum ergo. ver. stuprum. extra de adulto. c. ii. et ibi  
no. in. j. de ciuitate dei. q̄ membra illa possunt diuer  
sis casibus vulnerata vim perpeti: et medici aliquā  
do saluti opitulantes hec ibi faciunt que horret aspe  
ctus. Obstetrix virginis cuiusdam integritez ma  
nu velut explorans dum inspicit: perdit. Non op  
nor quēq̄ tam stulte sapere: vt huic perisse aliquid  
existimet: etiam de ipsius corporis sanctitate: q̄uis  
membrī illius integratē iam perdidit. Ita ergo  
virginitas non d̄sistit in carnis incorruptione. Pre  
terea corruptio carnis maxime in seminis resolutio  
ne consistit: que potest fieri sine concubitu: sive in dor  
miendo. vi. di. testamentum. sive in vigilando. sed si  
ne concubitu nō uidetur perdi virginitas. Bicit eni  
Aug. in lib. de virginitate. q̄ virginalis integritas et  
per piā continentiam ab omni concubitu immu  
nitas angelica portio est. Sed contra est quod Aug.  
in eodem lib. dicit. q̄ virginitas est continentia in q̄  
integritas carnis ipsi creatori anime et carnis vole  
tur. consecratur. seruat. Bicen. iij. q̄ pudicitia vir  
ginalis sicut et quelibet uirtus est quidem essentiali  
ter in anima naturaliter: et subsequenter in carne. vn  
de Aug. dicit in libro de virginitate. q̄ virginitas in  
carne seruetur: ac per hoc corporalis: sed tamen sp̄  
ritualis est quam uouet et seruat continentia pietatis.  
Ad hanc solutionem faciunt. xxxij. q. v. ita ne. c.  
de pudicitia. et c. ille. Selectio autem que est ex se  
minis resolutione dupliciter potest contingere. Uno  
modo ut procedat ex mentis proposito: sive fiat per  
concubitu. sive sine concubitu. Mat. v. ad hoc fa  
cit. xxvij. q. v. sicut peccatu. et c. qui viderit. xxvij. q. i.  
nec aliqua. Alio modo potest prouenire preter pro  
positum mentis: vel in dormiendo. vel per violentiam

illatam cui mens non consentit: q̄uis car. dele ta  
tionem experiat: vel etiam ex infirmitate. et patet  
in ihs qui fluxum sanguinis vel seminis patitur.  
Et sic non perditur virginitas: quia talis pollutio  
non accedit ex proposito quod virginitas excludit.  
Ad hoc faciunt omnia capitula. xxvij. q. v. a princi  
pio usq; ad. S. sequen. q̄uis. Ad secundum videtur  
q̄ virginitas sit illicita. quia contra p̄ceptum dei  
Gene. i. Crescite et multiplicamini rc. Item fm ma  
xiūm Galerium fm leges antiquoꝝ puniebantur  
qui celibem uitam ducebant. Et Augu. ait de Hila  
stone q̄ in vera religione sacrificabat vt perpetua ei  
continenter tanq̄ peccatuꝝ abhorseretur. Sed dicē  
dum q̄ virginitas est licita et perfecta: quia nullum  
peccatum cadit sub consilio. dicitur enim. i. ad Cor. i.  
vij. c. De virginibus autem p̄ceptum dñi non ha  
beo: consilium autem do. xxvij. q. i. sic enim. Hoc au  
tem consilium est ut liberius diuine contemplationi  
uacetur. i. ad Corin. vii. Nullier innupta et uirgo co  
gitat que dñi sunt: ut sit sancta in corpore et spiritu.  
P̄ceptum autem illud Gen. Crescite et multiplicamini.  
respicit totam multitudinem hominū. Qui  
necessarium est non solum q̄ multiplicetur corpora  
liter: sed spiritualiter. quia fm Amb. Nuptie replent  
terram. Virginitas paradisum. xxvij. q. i. nuptie. fa  
cit. xxvij. q. v. tunc saluabitur. Ad tertium dicendū  
q̄ non uidetur q̄ virginitas sit uirtus: quia omnis  
uirtus per penitentiam reparatur. arg. l. di. ferrū. sed  
virginitas non reparatur per penitentiam. xxvij. q. v.  
si paulus. Preterea. nulla uirtus perditur sine pec  
cato: sed virginitas perditur sine peccato: quia p̄ ma  
trimoniū. ergo rc. Sed h̄ est qd̄ dicit Amb. in lib. de  
viginitate. Inuitat viginatis amor: ut aliqd de vgi  
nitate dicamus: ne neluti transitu quodā perstricta  
uideatur: que principalis est uirtus. Bicendum fm  
Tho. q̄ virginitas est quedam specialis uirtus: ha  
bens le ad castitatem sicut magnificencia ad libera  
litatem. Et hoc facit propositum sanctum ab omni  
acru uenereo abstinenti. Aug. in lib. de virginitate.  
Nec nos in virginibus p̄dicam⁹ q̄ uirgines sunt:  
sed q̄ deo dicata pia continentia uirgines sunt. Qd̄  
uirtus sit virginitas clarum est in preal. c. de pudici  
ta. et c. ita ne. xxvij. q. v. Ad illud quod dicitur q̄ nō  
reparatur per penitentiam: dicendum est. Per peni  
tentiam reparatur quantuꝝ ad illud quod est forma  
le in uirtute: non autem quantuꝝ ad id quod est ma  
teriale in ipsa. Circa materiam autem virginitatis  
est aliquid quod miraculo poterit diuinitus repa  
rari: scilicet integritas membra. quam dicimus acci  
dentaliter se habere ad virginitatem. Aliud autem  
est quod nec miraculo reparari potest: ut. s. qui exper  
tus est uoluptatem uenerez fiat non expertus. Hō  
enim deus potest facere ut ea que sunt facta non sunt  
facta. fm Tho. uide quod legitur et no. xxvij. q. v. si  
paulus. ibi. Quum omnia possit deus: suscitare vir  
ginem non potest post ruinam. et in gl. ideo dicit. Ad  
illud quod dicitur q̄ perditur sine peccato. Ad hoc  
dicendum q̄ quum sit uirtus: nunquā perditur sine  
peccato: quia castitas est suo modo cum propria uro  
re. xxvij. di. in cena. facit. xxvij. q. ii. S. i. ver. beata. Ad  
quartum uidetur q̄ virginitas non sit excellentior  
matrimonio. dicit enim Aug. in lib. de bono coniug  
ali. Non impar meritum continentie est in Joāne  
qui nullas expertas est nuptias: et in Abraam qui si  
lios generauit. facit. xxvij. q. iii. quis ignoret. de pen  
di. ii. si enim. ver. memento. Item coniugium ordi

An virgi  
nitas dicē  
da sit uir  
tus.

An vgi  
nitas matri  
monio fit  
p̄ferenda,

natur ad bonum cōe: sed virginitas ad bonum prizatum: sed cōe preferendum est. viij. q. i. scias. cū concor. Aug. in lib. de bono coniugali. Quod est cibus ad salutem hominis. hoc est concubitus ad salutem humani generis. virginitas ordinatur ad bonum spē ciale: vt vitent tribulationem quam sustinent coniugati. j. ad Corin. vii. Sed contra est quod dicit Aug. in lib. de virginitate. Certa ratione et sanctarum scripturarum authoritate nec peccatuz esse nuptias inuenimus: nec eas bono vel virginalis continentie, vel etiam vidualis equamus. Hiero. ad Pamphiliū. Tantum interest inter nuptias et virginitatem: quantum inter non peccare et benefacere: imo (vt leuius dicamus) quantum inter bonum et melius. illa comparatur spinis: ista rosis. Respondendum est q̄ sicut patet in lib. Hiero. contra Iouinianum: hic error fuit Iouiniani: qui posuit virginitatem non esse matrimonio preferendam. qui error ponitur. xxiiij. q. iij. quidaz. ver. Iouinianiste. Qui qui dem precipue destruitur exemplo christi: qui matrē virginem elegit: et ipsa virginitatem seruavit. Et ex doctrina apostoli qui. j. ad Cor. vii. virginitatem consoluit tanq̄ melius bonum. Et ratione, qui bonus diuinum est potius bono humano. Tum q̄r bonum anime prefertur bono corporis. xij. q. j. scim⁹. xxviiij. di. sedulo. Tum quia bonum contemplative vite profertur bono active. extra de regu. licet. Virginitas autem ordinatur ad bonum anime s̄m vitam contemplatiuam: que est cogitare ea que sunt dei. coniugiaz autem ordinatur ad bonum corporis: quod est multiplicatio generis humani: et pertinet ad uitam acti uam: quia mulier et vir in matrimonio viuentes, ne cessē habent cogitare que sunt mundi. vt patet per ap̄lm. j. ad Corin. vii. vnde indubitanter virginitas preferenda est continentie coniugali. Ad illud de cōiungio Abraam dicendum q̄ meritum non soluz pen satur ex genere actus: sed magis ex animo operanti. Habuit autem Abraam animū sic dispositum ut paratus esset virginitatem seruare: si temporī fuissest cōgruum. quia s̄m Augusti. in lib. de bono coniugali. Abraam in habitu habuit continentia quaz in ope re Joannes habuit. Ad aliud dicendum q̄ bonum cōe potius sit bono priuato: si sit eiusdem generis: sed potest esse q̄ bonum priuatum sit melius s̄m genus suum. Et hoc modo virginitas deo dicata profertur secunditati carnali. vnde Aug. in lib. de virginitate dicit, q̄ fecunditas carnis etiam illarum que in hoc tempore nihil aliud in coniugio q̄z prolem requirunt quam mancipent christo: pro amissa virginitate compensari non posse credenda est. Ad quin tum uidetur q̄ virginitas sit maxima virtutum. vnde Cyprian⁹ dicit q̄ est illustrior portio gregis christi. Item maxima est virtus cui maximum debetur premium: sed fructus centesimus debetur virginitati. Mat. xij. in gl. Preterea tanto virtus maior est: quanto per eam aliquis amplius christo conformatur: sed maxime aliquis christo per virginitatem conformatur. Apoc. xij. dicitur de virginibus q̄ sequuntur agnum: et cantant canticum nouum rc. Sed Aug. contra in lib. de virginitate videtur dicere. Nemo quantum puto aulus fuit virginitatem preferre monasterio. Et in eodem lib. dicit. Preclarissimum testimonium perhibet ecclesiastica authoritas in qua fidelibus nomen sit quo loco martyres et quo defuncte sanctimoniales ad altaris sacramenta recitetur, Per quod datur intelligi q̄ martyrium virginitati

preferitur: et similiter monasterij status. Respondeo q̄ aliquid potest dici excellētissimū dupliciter. Uno modo in aliquo genere. et sic virginitas est excellētissima. s. in genere castitatis. transcendit enim castitatem vidualem et coniugalem. Et quia castitati attribuitur decor: ideo virginitati per consequens attribuitur maxima pulchritudo et excellentissima. Unde Amb. dicit in lib. de virginitate. Pulchritudinem quis potest maiorem existimare decorum virginis quematur a rege: probatur a iudice: consecratur deo: semper sponsa: semper innupta: et sic loquuntur prima ar. Alio mō potest dici aliquid excellentissimum simpliciter. et sic virginitas non est excellentissima virtutuz. Semper enim finis excellit id quod est ad finem: et quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem: tanto melius est. Finis autem ex quo virginitas laudabilis redditur est vacare rebus diuinis. ut dicit ap̄ls. et dictum est. s. Unde ipse virtutes theologie et etiam uirtus religionis. quarum actus est ipsa occupatio circa res diuinas: preferuntur virginitati. Similiter et vehementius operantur ad hoc q̄ inherent deo martyres qui ad hoc postponunt propriam uitam: et uiuentes in monasterijs: qui ad hoc postponunt propriam uoluntatez et omnia que possunt habere: q̄z uirgines: que ad hoc postponunt ueneras uolupates: et ideo simpliciter virginitas non est maxima virtutum. Illud de Cypriano uerum est per comparationem ad uiduas et coniugatas. Ad aliud dicendum q̄ centesimus fructus attribuitur virginitati. s̄m Hiero. propter excellentiam quaz habet ad uiduitatem cui debetur. lx. et ad matrimonij cui debetur. xxx. Sed sicut Aug. dicit in lib. de questionibus euangelij. Centesimus fructus est martyrum. sexagesimus uirginum. trigesimus coniugatorum. Ad aliud dicendum est q̄ uirgines sequuntur agnum quoconq̄ ierit: quia imitantur christum non solum in integritate mentis: sed etiam in integritate carnis. ut dicit Aug. in lib. de virgin. et ideo in pluribus sequuntur agnum. non tñ oportet q̄ magis de propinquio: quia alie uirtutes faciunt propinquos inherere deo per imitationem mentis. Canticuz autem nouum quod sole uirgines cantant: est gaudiū quod habent de integritate carnis seruata. s̄m Gregor. et supra dixi. Et super illud Apoca. xij. Cantabunt canticum nouum. dicit glos. interlinearis: id est de integritate anime et corporis exultant. Excellentia autem virginum et dignitas sic sumpta sicut dictum est. quadrupliciter manifestat. Primo quia ipse sunt singulares spōse eterni regis sicut dicebat beata Hagne virgo. vnde Amb. o. s. § proximo ver. Respondeo. Pulchritudinem quis pot est. sepe. Ambro. Virginitas conditionem humanae nature supergreditur. per quā hōies angelis associantur. maior est tamen victoria virginum q̄z angelorum. angeli enim sine carne uiuant. uirgines vero in carne triumphant. Tertio q̄r illustiores sunt fidelib⁹ vniuersis. Cyprianus. Virginitas est flos ecclesiastici germinus: decus atq̄ ornamentus gratie spirituālis: lete indoles laudis. et honoris: opus integrum atq̄ incorruptuz dei: imago rursus dei: sanctimonia dei: illustrior portio gregis christi. Quarto q̄r preferuntur coniugatis ut dictum est. Nec autem excellētia quam habet virginitas respectu copule coniugalis: patet et multipli comparatione ad ipsam. Illa enim impinguat ventrem: ista mentem. Aug.

Uirginis  
excellē  
tie testi  
monia.

Generosius

**G**enerosius elegit in carne vitam iam imitari angelorum: quod ex carne numerum augere mortalium. Si quis seduxerit virginem: concubueritque cum ea: dobit eam habebitur uxorem. Si uero pater dare non luerit: reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere consueuerunt. Exo. xxij. et de adul. c. j. et v. xxvj. q. ij. tria. Qui per vim deflorat virginem capite punitur. inst. de publi. iudi. h. s. autem. Si autem attentat sacramentum virginem etiam ad matrimonium: similiter capite punitur. de pe. di. in. l. canonizata. si quis non dicam. et xxvj. q. ij. si quis. ij. Canones exercantur. xxvj. q. ij. raptiores. c. si quis virginem. De triplici genere eunuchorum. Mat. xix. et xxvij. q. v. tunc saluabitur. alias est sub. c. qui sitit. Quo autem status virginis purissimus in ecclesia sancta quodammodo cecidit a sua puritate clarum est: quia sacratae virgines in monasteriis aut corporaliter per pessimas familiaritates et carnales secularium clericorum et maxime religiosorum quorundam devotiones, aut per corruptos sensus et mente libidinosam spiritualiter corruerunt. Alique etiam earum primam fidem irritam facientes. xxvj. q. c. j. et v. se incestis et adulterinis et sacrilegis nuptiis tradiderunt: aliquoties in semetipsis indicendam turpitudinem scelestissimis et execrabilibus modis et actibus operantes. Alii etiam virgines in seculo se voto christo in virginitate seruire volentes, et alii virgines maritande male a partibus custodite modis similibus corruerunt: et in virginitate desponsate non fuerunt. sed florem virginitatis impudici aliis rapuerunt. ut propheticus antiquus de ruina virginum isto tempore sint complete. Thren. i. Virgines eius squallide. ibi exposui. in ista. ij. parte in c. iiij. in litera de letho. Et ibi. Virgines abierunt in captivitatem. ibi exposui in litera. Sade. in. iiij. c. Et Thren. ij. Destruxit in furore suo munitiones virginis iuda. ibi exposui in litera Beth. in. v. cap. Et ibi. Abiecerunt in terra capita sua virgines hierusalem. ibi exposui in litera Ioth. in. c. et ibi. Qui exequabatur: et consolabor te virgo filia sion? et j. Quis meditabitur tui? ibi exposui. et ibi. Virgines mee ceciderunt in gladio. ibi exposui. Humiliata sunt virgines per corruptionem. Thren. v. ibi. Mulieres in sion humiliauerunt: et virgines in civitatibus Iuda. ibi exposui in oratione Hier. Recordare. in viij. c. Ut hodie virgines ad incrementum non sunt perduce. Isa. xxij. circa prin. et ibi. Non adicies ultra ut gloriaris calumniam sustinens virgo filia sidonis. Oblita est hodie virgo ornamenti sui sex pudicitie. Hier. ii. Hodie multe virgines filie Babylonis: id est confusionis, quibus dicitur Isa. xlviij. Descende: sede in puluere ergo filia Babylonis. non est soliū te que verba ponuntur et exponuntur. xxvj. q. v. si paulus. Hiero. Perit ergo et mente virginitas. Iste virgines sunt male virgines carne et non spiritu. virgines stulte que oleum non habentes excluduntur a sponso. Si autem et ille que virgines sunt ob alias tantum culpas virginitate corporum non salvantur: quid fieri illis que prostituerunt membra christi: et mutauerunt templum sancti spiritus in lupanarum? xxvj. q. v. si paulus. Item de istis malis virginibus Cyprianus. Si incorrupta inuenta fuerit virgo ea parte qua mulier potest esse: poterit tamen ex alia parte corporis peccasse que corrumpi potest: et tamen inspici non potest. certe ipse concubitus. ipse complexus. ipsa confabulatio et osculatio et coniacentium duorum turpis et seda dormitio quantum dedecoris et criminis confi-

tetur? Si superueniens maritus sponsam suam intercentem cum altero videat: nonne indignatur et fremit: et per zeli dolorem portat gladium in manu sua? et christus dominus et index noster quem virginem suam dicatam sibi et sanctitati sue destinatam iacere cu[m] altero cernit: quantum indignatur ei et irascitur. xxvj. q. j. nec aliqua! Qui autem cum muliere sanctificata mechatus fuerit: deponendus est si est clericus. si laicus: excadicandus. xxvij. q. j. si quis episcopus. Innocens. Si apostolus. j. ad Timo. v. illas que a proposito viduitatis discederent, dixit eas habere damnationem: quod prima fidem irritam fecerunt quanto magis virgines que pactionis sue fidem minime seruarunt. xxvij. q. j. he vero. De his etiam malis virginibus deo sanctificatis et de pena earum quum corrunt et earum corruptibus. xxvij. q. j. impudicas. cum. ij. c. seq. c. si quis sacro. c. siqua virgo. c. diaconissam. c. quotquot. c. virgines. c. si quis rapuerit. De prohibita fami iaritate et periculosa monacharum. viij. q. ij. diffinimus. c. in decima actione. Et clericorum. lxxxi. di. ad reatum epi-

Tractatus de septem donis spiritus sancti. Figure de septem donis. Cap. 84.



Expedito longe lateque tractatu fundamenti omnium statuum in ecclesia sancta dei et eoz quam tum ad vitam et puritatem in hac lacrymabili tempore infelici vniuersali ruina: quia scribitur. ij. Paralipo. vij. q. quuz tene plus compleset Salomon fundens preces: descendit ignis de celo: et deuorauit holocausta et victimas. Ideo in fine istius operis quod christus Salomon pacificus rex. extra in prohem. decre. rex pacificus. gratia sua incepit: et perfecte compleuit: matrem in eam vniuersalem ecclesiam gemitis et suspiritis genus flexus humiliiter interpollo: quod preces magis mentales quam vocales. de con. di. v. mediocriter. fundat ad sponsum suum. Eph. v. xxvj. q. j. nuptiarum. christum. quod sicut in ecclesia primitiva misit ignem. i. spiritum sanctum super eam cum septem suis donis. Act. ij. de cons. di. iiij. proprie. xxvj. q. iiij. ea vindicta. ut eam sibi sacrosanctum tabernaculum consecraret: eam mundans illuminans fortificans et in sua gratia igniens et confirmans: sic misericordia eius quasi vidue bonis filiis. Luc. vij. de pe. di. j. importuna. in tanta eius vite ruina mittat iterum spiritu sancti gratiam cum suis donis super eam ad eam mundandam et sibi sponsam legitimam consecrandam non habente maculam neque rugam ad Eph. v. xxvj. q. iiij. recurrat. Et ideo in calce istius operis de. vij. donis spiritus sancti de quibus Isa. xj. in p[ro]n. de quibus multi alii tractauerunt: sed de allegationibus iuris se non intromiserunt: cum iurium fundamento breuiter adnotabo. vt per eius gratias in sancto suo statu antiquo et debito reformatur: et placeat sponso sacrificium sponse: sicut a diebus antiquis. Adalach. ij. l. di. purgabit. quod tempus ante aduentum bestie. Apoca. xj. z. viij. antichristi procul dubio est venturum. Et sicut sponsus eius christus de spiritu sancto conceptus. Luc. j. ad mensuram spiritum sanctum non recepit. Joan. vij. sed super eum plenitudo descendit et mansit. Joan. j. et requieuit cum donis suis. vt pre. c. Isa. xj. sic et ipsa sancta ecclesia sponsa sua cum sua mensuraz recipiat dona eius: et reno-

Spiritus  
sancti do-  
na.

tione distinguens inter intellectum fidem et opinionem, ponit eorum descriptiones sic: Fides est voluntaria quedam et certa pzelatio necdum propalate veritatis. Intellectus est rei cuiuslibet inuisibilis certa et manifesta notitia. Opinio est quasi pro vero habere aliquid quod fallum esse nescias. In eodem. Intellectus rationi innititur. fides autoritati. Opinio sola veri similitudine seruatur. Lui concordat Aug. in li. de utilitate credendi dicens. Quod credimus debemus autoritati. q̄ intelligimus rationi. q̄ erramus opinioni. Ad hoc donum pertinet cordis munditia. iuxta illud Mat. v. Beati mundo corde.

De dono sapientie. et accipitur largo et giusto modo.  
Cap. 90.



Litulo sequitur de dono sapientie. Sapientia quandoq; large sumitur pro sapida scientia. Et secundum hoc sapientia dicitur quasi sapore virtutum condita scientia. Sapidam scientiam habet cui res quas cognoscit prout debent sapiunt quando. s. mala culpe. vide. xxij. q. i. ita ergo. Mat. vi. ibi. Sed libera nos a malo. Sunt ei amara bona temporalia et vilia bona spiritualia chara. Ber. Inuenisti plane sapientiam: si prius vite peccata defleas: si huius seculi desiderabilia paruipendas: si eternam beatitudinez totu desiderio concupiscas. Inuenisti plane sapientiaz si singula horum tibi sapiunt prout sunt. Stricte sumitur sapientia pro cognitione eternorum cuiusq; gustu vnde Aug. in li. de tri. Hec est (inquit) sapientie et scientie recta distinctior: vt ad sapientiam pertineat eterna rum rerum cognitio intellectualis: ad scientiam pertineat rerum inferiorum cognitio rationalis. Et secundum hoc sapientia non est diuersa a dono intellectus large loquendo. Sumendo strictius accipitur sapientia pro cognitione suavitatis divine habita per experientiam. et sic diuersa est a dono intellectus. Differt etiam in hoc sapientia a dono intellectus. s. quia sapientia veritati tantu contemplande intendit. Intellectus vero non modo de eternis est: sed etiam de rebus visibilibus et spiritualibus temporaliter exortis. Intellectu intelligibilia tantum capimus. vt angelos. virtutes. animas. Sapientia vero non modo superiore capimus: sed etiam incognitis delectamur. Cognitio que habetur per donum intellectus est quasi per visum. Cognitio vero que habetur per donum sapientie est quasi per gustum. ps. xxxij. Gustate et videte quoniam suavis est dominus. Bonum sapientie tranquillat mentem et reficit per pacem quam efficit. glo. super Matth. v. In septimo gradu est sapientia. et contemplatio veritatis pacificans totum hominem. Greg. Ab intellectu ascenditur ad sapientiaz ut hoc quod acute intellectus inuenias sapientia mature disponat. Aug. Cum ad sapientiam in finem peruentum fuerit iam requiescitur: propter hoc septimo loco ponit sicut beati pacifici Matth. v. Greg. Illa sapientia clara est que non verbis volat: sed que virtutibus constat. Ber. Hec est vera sapientia: si obedientia mortificat propriam voluntatem: si continentia amputat voluptatem: si patientia modestiam corporalem: si paupertas mundalem sustinet egestatem. Nam sapientia dei humiliat: non extollit. Ille vero sapit: cuius animus in christo est: cuius interior oculus erigitur ad

superna. Aug. Non inuenit locum sapientia ubi non est patientia. De ista sapientia vera que est donum: Jaco. iii. in fine. Que autem desursum est sapientia: primum quidez pudica est: deinde pacifica: modesta: suavissimis: bonis: consentiens: plena misericordia et fructibus bonis: iudicans sine simulatione.

De vita contemplativa. Circa que versari debeat.  
Cap. 91.



Unc dicendum est de vita contemplativa quam sapientia experitur. Et primo de preminetia vite contemplative ad actuam. Sunt autem duodecim in quibus preminet contemplativa. Primum quia intendit meliori scilicet deo: quu actua intendit proximo. Contemplativa dicit ps. lxxij. Ad huius autem adherere deo bonum est. Luce. r. Proponum est necessarium gl. Bede. Beo scilicet ingenter adherere. Item ibi. Relinquit me solam ministrare. Aug. Erat enim intenta Maria dulcedini verbi domini. intenta erat Martha quo pauperetur domino. A Martha coniuivum domino parabatur: in cuius coniuicio iam Maria iocundabatur. Quum ergo Maria suauiter audiret verbum dulcissimum: et corde intentissimo pauperetur: interpellato domino a sorore sua: quo putamus eam timuisse ne diceret ei dominus. Surge: et adiuua sororem tuam? Maria enim suavitate tenebatur. q; profecto maior est refectionis quam vestris. Act. vj. Non est equum nos derelinqueremus verbum dei: et ministrare mensis. ibi glos. Quia meliora sunt ferula mentis quam corporis. Item August. Preponitur autem unum multis. non enim a multis unum: sed multa ab uno. xxij. quest. fi. cap. fin. Unum sunt pater et filius et spiritus. Ad hoc unum non nos perducit: nisi multi habeamus cor unum. xij. quest. j. ca. ij. et cap. scimus. Et ibi Theophilus. Usque enim adeo honoratur. xxv. distin. sexto die. et xlj. distin. c. ii. hospitalitas. donec ad necessaria nos attrahit. Quum vero incipit ab utilioribus impedire: mansuetum est q; honorabilior est divinorum auditus. Item ibi super illud. Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. August. Non tu malam: sed illa melioram. vnde melioram? quia non auferetur ab ea. a te auferetur aliquando onus necessitatis. Non enim quum veneris ad illam patriam inuenies peregrinum quos suscipias hospitio. Mat. xxv. sed bono tuo auferetur. vt quod melius est detur. Tu nauigas: illa in portu est. Eterna enim est dulcedo veritatis. In hac tamen vita augetur. in illa perficietur. nunquam auferetur. Item Ambro. Agat erga te sicut Mariam desiderium sapientie. hoc enim maius hoc perfectius opus. Nec ministerium cura cognitionem verbi celestis auerat. nec arguat eos et otiosos indices quos vides sapientia studere. Item Gregor. vii moralium. Per Mariam que verba domini residens audiebat: contemplativa vita describitur. per Martham exterioribus obsequijs occupatam. actua vita signatur. sed Marthe cura non reprehenditur. Marie vero laudatur. quia magna sunt actuae vite merita: s; contemplative potiora. vñ nec auferri vñq; Marie pars dñi. q; actuae vite opera cum corpore transeunt: contemplative autem gaudia mes-

Vite acti  
ue prestat  
contempla  
tiva.

lues ex fine conualescunt. de hac ps. xxvi. Una peti a domino et. Be vtraqz extra de renun. nisi. q. ne pu tes. de regula licet. illa. xxvij. d. si quis. p. r. q. ii. due viij. q. j. qui episcopatum. et. Isidorus in lib. differen tiarum. Inter actiuam et contemplatiuam hec dista tia est. Actiuia vita in operibus iustitie et proximi vi litate versatur. Contemplatiua autem ab omni nego tio vacas in sola dei dilectione defigitur. Una in ope re conuersationis: altera in contemplatione immita bilis veritatis. viij. q. j. qui episcopatum. Item in li bro de summo bono. Actiuia vita mundanis rebus bene vtitur. Contemplatiua vero mundo renuntias soli deo vinere delectatur. Differentiam latius descri ptam per Aug. super Joan. xxij. in homi. dixit domi nus. Petro. inter actiuam et contemplatiuam vitaz require in legenda beati Jo. euange. et inter alia ibi dicit. Una flagellatur malis: ne extollatur in bonis. Altera tanta plenitudine gratie caret omni malo: vt sine vlla tentatione superbie cohereat summo bono. Una inter mala et bona discernit. Altera que bona sunt, cernit. Una ergo bona est: sed adhuc misera. Altera melior et beata. Et illa significata est per aposto lum Petrum. Ista per Joannem. Et q. vita cotem platiua figuretur per Joannem euangelistam tangit gl. super illud Jo. vlti. Conuersus Petrus vidit di scipulum quem diligebat iesus. et sequitur in gl. Hac plene christus diligit et seruat in eternum. et loquitur de vita contemplatiua. Ultraque etiam hec vita per duos prophetas figuratur secundum Greg. per Esaiam actiuam. per Hieremiam contemplatiua. viij. q. j. in scripturis. Be vtraque etiam legitur. e. q. c. qui epi scopatum. Item Greg. super Ezech. ait. Vita contem platiua maior est q. actiuia. quia actiuia in vsu presen tis operis laborat. Contemplatiua vero sapore intimo venturam iam requiem degustat. c. ad hoc. j. q. ii. si quis neq. Secundum, quia clarius videt. vn dicte de Lia. que signat actiuam. vt extra de renun. nisi. q. ne putes. q. erat lippis oculis. Genes. xxix. Gregor. Aliens que contemplando otia appetit, plus videt sed minus generat. facit pre. c. qui epatum. Tertium, mu. etia sine pulchritudo. xxx. q. v. semine. Un de Rachele significante contemplatinam. vt pre. h. ne putes. dicitur Genes. xxix. q. erat venusto aspectu. Quattuum, securitas. Prover. ix. Frustra iacit rete ante oculos pennstorum. glo. Facile euadit laqueos in terris: qui habet oculos in celis. Prover. iii. Des semite illius pacifice. expsius pre. h. ne putes. ibi. Ma gis secura. Quintum, quies. Luc. x. dicitur Maria sedere ad pedes domini. Martha satagebat cir. fr. mi. vbi gl. Maria sedet. quia cotemplatiua pacatis vi torum tumultibus optata iam in christo mensis ge te fruitur. Martha stat. quia actiuia laborioso desiderat certamine Lan. ii. Sub umbra illius quem desi derabam sedi et. Sedi in quam per quietem contem plationis. Thren. iii. Sedebit solitarius: et facebit: et leuabit se supra se. In umbra significatur refrigeriu m divine protectionis contra estum temptationis et tribulationis. ps. xvij. Sub umbra alarum tuarum. gl. Alarum misericordie et charitatis. Mota q. dicit, que desiderabam. ps. xlj. Quemadmodum desiderat cer uns ad fontes aquarum et. Cervus vexatus a ven toribus lassatur. et estuatur: et fontem desiderat. sic aia fidelis a venetoribus infernalibus. i. demoniis et pra uis hominibus agitata, fontem christum desiderat. fontem utiqz de quo ps. xxv. Apud te est fons vite. Mota etiam q. sequitur ibi in Lanti. Fructus ei dul

cis guturi meo: vere dulcis et oī melle dulcior. Ecl. xxiij. Spiritus meus super mel dulcis et. Aug. De dit nobis dñs pignus spiritus in quo sentimus eius dulcedinez: et desideramus ipsum vite sonore. Be hoe gustat hic contemplatiuus: in quo sitis huius mundi extincta est. Aug. Qui biberit de flumio paradisi cur vna gutta maior est oceanus: restat vt in eo sitis huius mundi extincta sit. Sextum, iocunditas. Martha enim turbatur. Luc. x. sed Maria iocundatur. vt ait Aug. et Greg. Hec in vsu presentis operis laborat. Il la vero sapore intimo venturam iam requiem degustat. Septimum, permanentia. nam actiuia et eius usus cum corpore et tempore deficit. contemplatiua hic incipit et in gloria perficitur. vt dicit gl. sup illud Luce. x. Maria optimam partem elegit et. Octauum, deuotio. vnde de Maria legitur q. vnxit chri stum. Matth. xxvj. Luc. viij. Jo. xij. Nonum, familiaritas quod significatum est in Joan. euangelista. vnde gl. super illud Jo. vlti. Vidi enim discipulum quem diligebat iesus. Hanc christus plene diligit et seruat in eternum. Decimum, q. preciosior hec: q. rarioz. xcij. d. legitimus. ibi. Omne rarum. h. q. viij. in sancta. preciosum. Isidorus. Actiuia communis mul torum est: contemplatiua vero paucorum. Unde arca in cubito fuit consummata: licet lata esset inferi. Gene. vi. Undecimum, q. celesti vite similioz. Aug. in lib. xxij. de clui. dei. Ibi vacabimus et videbimus et amabimus. amabimus et laudabimus. ps. xlvi. Ha cate et videte qm ego sum deus. Duodecimum, q. est finis actiuie. quia de actiuia transitur ad contemplatiuam. et finis melior est. Gregor. Qui ad aream con templationis ascendere desiderat: prius necesse est vt in campo actionis se exerceat. precedit enim actio: si cut spina granum et sicut limus animam inspiratam secundum Isaac de vita contemplatiua. Item contem platiua figuratur per Enoch. de quo Gen. v. ibi. Ambulauit cum deo: et non apparuit: quia tulit eum deus. Actiuia per Poe. fabricantem arcam et plantantem vineam. Gene. vi. et. ix. Item contemplatiua per Moyson loquentem cum domino. Actiuia per Aaron loquentem ad populum. Exod. iiiij. xxvj. distin. c. h. Item contemplatiua per Jacob manentem in tabernaculo. actiuia per Esau venatorem. Genes. xxv. lxxvj. distin. esau.

Hunc videndum circa que debeat versari con templatio. Bernar. in lib. de consideratione ponit. iij. species contemplationis circa ea que dei sunt. Et est expositio illius verbi apostoli Ephes. iij. In charitate radicati et fundati: vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo et longitu do et sublimitas et profundum. Prima circa maiestatis admirationem: Hec requirit cor a virtutis purgatum et liberum: et a terrena sarcina exoneratum. vt facile ad superna se leuet: et per aliquas interdum morulas stupore et ectasi admiratione ibi se teneat. Hec comprehendere nititur quantum est possibile diuinam sublimitatem. Secunda circa diuinorum iudiciorum varietatem et ordinacionem quod vehementer concutit intuentis animum. Hec fugat virtua. fundat virtutes. initiat ad sapientiam. seruat humilitatem: que est virtutum fundamentum stabile, sine qua virtutum congregatio nihil nisi ruina est. hec nititur comprehendere profundum. Tertia circa largitatem diuinorum beneficiorum. quoz consideratio est mirabilis via ad intuendendi dei bonitatem. et q. multu ei amor accedit. Decimis

Spes pte  
plationis  
quatuor.

tur comprehendere que sit latitudo charitatis. Horum obliuio ingratum: recordatio gratum comprebant. Quarta circa expectationem promissorum: que quoniam sit consideratio eternitatis: longanimitatem alit: et perseverantie dat vigorum. Hec nimirum comprehendere que sit longitudine: propter eternitatem, latitudine: propter charitatem, sublimitatem: propter maiestatem, profunditas: propter sapientiam. Ista non disputatio sed sanctitas comprehendit. Sanctum facit affectio sancta: que in timore et amore est. quibus affecta anima quasi duobus brachis comprehendit, amplectitur, stringit, timet. Quid tam timendum quod potest resistere non potes? quod sapientia cui abscondi non potes? Quid tam amabile quod amor ipse quo amaris? Stupenda plane sublimitas maiestatis, pauenda abyssus indiciorum. Feruorem exigit charitas: eternitas perseverantiam sustinendi. Et nota quod Bernar. distinguit inter contemplationem et considerationem dicens, Considerationem non id per omnia quod contemplationes intelligi volo, quia contemplatio ad rerum certitudinem: considerationem ad inquisitionem magis se habet. Et secundum hunc sensum potest contemplatio defini niri sic. Contemplatio est verus certusque intuitus animi de quacunq; resu: apprehensio veri non dubia. Consideratio est intenta ad inuestigandum cogitatio: vel intentio non inuestigantis verum, sed frequenter unum ponitur pro alio. Idem quatuor consideranda reor, que in te: que sub te: que circa te: que supra te sunt. A te tua consideratio inchoet: ne frustra extendaris in alia te neglecto. Considerationis species secundum Ber. tres sunt. Prima dicitur dispensativa, sensibus sensibilibusque rebus ordinate vtens ad promerendum deum. Que sit quidem quoniam quis sensuum vius velut quoddam opes solo pietatis intuitu expendere satagit in suam multorumque salutem. Secunda existimativa: prudenter ac diligenter queque scrutans: et inuestigando ponderans. Ad finitum quoniam quis ex visibilibus inuisibilium occulta rimatur, et hec perfectior est prima, dulcior et felicior, sed prima fortior et utilior. Tertia speculativa se in se colligens: et quantum diuinitus adiuuatur rebus humanis se extimes ad contemplandum deum. Quod fit quoniam spredo ipso rerum et sensuum viu quantus humanae fragilitatis est: ad sublimia se attollere consuevit. Hec perfectissimum est. Quod prima optat: secunda odorat: tertia degustat, ad quem tamen iustum perducunt et cetero: et si tardius, prima tam laboriosius: secunda quietius peruenit. Item secundum Ber. Octo sunt gradus quibus ad contem plationem ascenditur. Primus, perfecta obedientia deo et homini. Secundus, corpus in servitutem redigere, ut desipiat caro. Tertius est, vius boni per discretionem in consuetudinem vertere. Quartus est, attente intelligere que in doctrina fidei apponuntur. Quintus, mundam animam conseruare. Sextus trahire de iudicio rationis in affectum mentis. Septimus, reuelata facie dei gloriam speculari. Octauus, transformari a claritate in claritatem. iij. Corin. iiiij. Talis fuit Paulus raptus in tertium celum. iij. ad Cor. xiiij. vbi glo. distinguit tres species visionum, est enim corporalis, imaginaria, et intellectualis. Corporalis, quoniam quedam dei munere corporaliter videntur ab aliquo: que aliij videre nequeunt. ut Balthasar manum. Ban. v. Imaginaria, quoniam aliquis somno vel ectasi videt non corpora sed imagines corpo-

rum, et hoc dei revelatione, ut Petrus discum. Act. x. Intellectualis qua non corpora nec imagines videntur: sed in substantijs incorporeis mentis intuitus intra dei pomeria figitur. Et talis fuit Pauli visio. vii Aug. sentit quod Paulus viderit deum facie ad faciem dicit. n. Cur non credamus quod tanto apostolo voluit deus demonstrare vitam in qua post hanc videntur est in eternum? nec est contra illud Exod. xxxij. et Joan. j. Beum nemo vedit unde nisi unigenitus est. Non videbit me homo et viuet, quia loquitur de homine humano modo viuente. unde August. in lib.

mo vedit unde qd. sc.

de trinitate. Videri diuinitas humana Christu nullo modo potest, sed eo Christu videntur: quo qui vident, non iam homines sed ultra homines sunt. Et Gregor. in glos. super illud Exod. pre. Non videbit me homo et viuet. In hac carne viuentibus contemplationis acumine potest eterna claritas videri. sed qui sapientiam que deus est, vident: huic vite funditus mortiturus eius amore teneatur. Et uota quod qui vere ratus est: sensu non videntur.

De preparatoriis ad contemplandum aliquid est videntur, et sunt duodecim secundum Bernar. Primum, exercitatio in operibus actiue, quia de actiua nascitur contemplativa, non enim quod cito pecator deo reconciliatur: dignus est videnter faciem patris, quod fuit in Absalon figuratum. iiij. Regu. xiiij. Secundum, cordis puritas. Bernard. Hoc inestabile quoniam non nisi ineffabiliter videatur, qui vult videare: eorum mundet, quia nulla ratione nisi cordi mundo. Matth. v. et humiliiter amanti videntur potest vel apprehendi. August. in libro solilo. Num fueris talis ut nihil prouersus terrenorum te delectet: mihi credere eodem momento, eodem puncto poteris obtine re quod cupis. Frater Egidius. Misericordia deum vident. deuotio ipsum manducat. Unde Aaron non intravit in sancta sanctorum: nisi prius. Levitic. viij. Exod. xxx. et ultimo. lotus. Tertium est solitudo. Osee. h. cap. Ducam eam in solitudinem: et loquar ad eorum eius. Et in monte viderunt discipuli Iesum transfiguratum. Matth. xvij. Marci. ix. et Luce. ix. cap. vbi Remigius. In quo docet quia necessare est hominibus, qui deum contemplari desiderant: ut non in infinitis voluptatibus iaceant: sed amore supernorum semper ad celestia erigantur. Bernar. O anima, sola esto: ut illi te solam serues quem solum ex omnibus elegisti. Dei enim filius verecundus amator est, et non vult sponte sue secretu in publicu revelare. Unde Jacob solus remanens cum angelo luctatus est. Genes. xxxij. Lucta est oratio et contemplatio. unde Isa. xliij. dicit glos. quod Jacob pugnauit cum angelo: non manibus, sed precibus. Bernard. Animam quam videris relictis omnibus soli verbo votis omnibus adhaerere: verbo vivere: verbo se regere: corporalibus sensibus studiose secederent, sese non sentiat dum sentit verbum: atque ineffabili illecta verbi dulcedine quodammodo se fibi furatur: immo rapitur atque labitur a seipso: ut verbo fruatur: hanc esse sponsam non dubites summi sponsi. Quartum est desolatio. Beuteron. viij. Afflixit te penuria: et dedit tibi cibum manna. Mana est dulcedo contemplationis: que datur anime post tristitiam presentis desolationis. Hoc notatur Isa. liij. Hapercula tempestate cõuulta et absque villa consolatione. ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. Jacob contristatus timore fratris ab angelio meruit consolari. unde dicit. Eaudi dominum facie

ad item plationes producentia

Consideratio.

Consideratio spes.

Liberationis gratia.

ad faciem et. Gen. xxxv. vbi Grego. Exeunte prius tristitia caligo detergitur: et sic resplendente raptim incircumspecto lumine mes illustratur: et in gaudio quedam securitas absorbetur. Quintus est silentius. Thre. iij. Bonum est cum silentio prestat salutare dei. et ibi. Sedebit solitarius et tacebit. xvij. q. p. per latum. ij. unde Maria tacet. Luc. x. verbu. n. in eternum: quod audire ad contemplationem pertinet in magno silentio vult audiri. ps. lxxxiij. Audi quid loquaf in me dñs deus. Sextum est gratiarum actio et vox laudis. ps. xlj. Sacrificium laudis honorifica bit me: et illic iter quo oñdam illi salutare dei. i. chris- tum. Alia tangunt Gen. xviii. vbi dicitur. Apparuit deus Abraā in cōuale mambre quoꝝ primū est hu militas. glo. interl. Apparet deus humilibus. et s̄m Greg. aque ad valles descendunt. i. gratia ad humiles. Mambre interpretat claritudo vel perspicuitas et signat duplē humilitatem: mentis, et corporis: qua deus clarius videtur. Ber. Magna fratres magna et sublimis virtus humilitas: que promeretur quod non doceat. digns acipisci quod non valet addisci. Superbo oculo deus non videt sincere. Idem. Quisquis curiosus est scire quid sit hoc verbo farī: para illi non aurem: sed mentem. non. n. docet hoc lingua sed gratia. Secundū mentis quies: quod tangit ibi. Seden- ti. Thren. iij. Sedebit solitarius et. Et Jacob dor- mire: est in via huius seculi ab impedimento secula- rum actionū quiescere. De hoc somno Lan. v. Ego dormio et cor meum vigilat. Et de hoc somno con- templationis s̄m Ber. intelligitur illud Gene. ii. ibi. Immisit ergo dñs soporem in Adā: quumq; obdormisset et. de peni. dist. ij. S. Romanos. Tertium: de- siderium egrediendi de corpore: quod no. ibi. In ostio tabernaculi. Ostium tabernaculi est exitus de corpo- re. ij. Pe. c. j. ibi. Uelox est depositio tabernaculi mei. In ostio tabernaculi sedent: qui mortem habent in de- siderio: et vitam in patientia. Phil. i. Lupio dissolui et esse cum christo. Quartus: fervor charitatis: quod tangit ibi. In fervore diei. unde Aaron cum igne et chymiamite intrat in sancta locoꝝ. Levit. xvij. Amor enim s̄m Dionysiu transformat amantes in amatū ut dicat. Vulnerasti cor meum soror mea. Lan. iij. Quintus: cordis elevatio et de supernis meditatio: quod tangit ibi. Quā elevasset oculos suos. Sapien- viij. Logitare de illa sensus est consummatus. Sextus oratio quod tangit ibi. He transitas seruum tuū: vñ Luc. iij. Iesu orante apertū est celum. Bern. Quā foris missa fuerit ois immunditia: et adseruit secula- ris cure abscessio: carnis afflictio: cordis perritio: fre- quens et pura delicti confessio: et lauacrum fletus: tunc sursum attollunt osso essentie dei admirabilis medi- tatio: casta veritatis inspectio: oratio munda et vali- da: uibilis laudis: et desiderium ardens in deum.

Distinctio inter contemplationem et meditationem et cogitationem.

Cap. 92

**G**rea hoc notandum est ꝑ Richar- dus de sancto Victore in libro de contemplatione, meditatione, et cogitatione. Contemplatio s̄m eum est libera mentis perspicacia in sapientie speculo cum admiratione suspensa. Vnde sic. Contemplatio est perspicax et liber animi intuitus in res perspicendas et quequaꝝ dif-

fusus. Heditatio est studiosa mentis intentio circa aliquid investigandum diligenter insistens. Vnde sic. Heditatio est prouidus animi obtutus in verita- tis inquisitione vehementer occupatus. Logitatio est improuidus animi respectus ad evagationem pronus. Ec quamvis contemplatio et speculatio pro inuicem soleant ponit: aptius tñ speculationem dici- mus quā per speculū cernimus. Contemplationem vero quā veritatē sine aliquo innuolucro sine umbra- rum velamine in sua puritate videntur. et sic hoc no- men contemplatio stricte accipitur. Joan. Cassio. in lib. col. in prima collatione Moysi que est de desti- natione monachū et sine sic ait. Contemplatio dei mul- tisarie concipitur. Nam deus non soluz incōprehen- sibilis illius substantiae sue admiratione cognoscitur: quod tñ adhuc in spe promissionis absconditus est: sed etiam creaturarum suarū magnitudine: vel equi- tatis sue p̄sideratione: vel quotidiane dispensationis auxilio prouidetur: quā s. que cū sanctis suis per sin- gulas generationes egerit: mente purissima perlu- stramus: quā potentiam eius qua vniuersa gubernat: moderatur: ac regit: cū immensitate scientie eius et oculum quem latere secreta cordium non possunt. xxvj. q. v. nec mirum. in fitrementi corde miramur. quum arenā maris vndarumq; numerum dimen- sum ei et cognitum cogitamus: quū pluviariū guttas: quā seculorum dies: quā p̄terita futurave obstupe- scentes scientie eius adsistere contemplamur: quum ineffabilem elementiā eius miramur: qua innumerā flagitia que singulis quibusq; momentis sub ipsius committuntur aspectu: indecessa longanimitate susti- net: quum vocationem qua nos nullis precedentibus meritis gratia sue miserationis acciuit. i. Corin. xv. j. q. j. gratia de conse. di. iij. gratia: quā deniq; quod occasionem salutis tribuit adoptandis: cū quodam Adā irationis intuemur excessu: ꝑ ita nos nasci pre- cepit vt ab ipsis incansibilis gratia nobis legisq; notitia sue traderetur: ꝑ ipse aduersarium vincens Luc. xi. in nobis pro solo bone voluntatis assensu eterna beatitudine ac perpetuis nos premijs remu- nerat. quum postremo dispensationem incarnationis sue qđ pro nostra salute suscepit: ac mirabilia mi- nistrorum suorum in cunctis gentibus dilatauit fi- deli et deuoto speculamur intuitu. Idem in collatio- ne Paphnutij de tribus abrenuntiationibus dicit sic. Tertia renuntiatio est qua mente nostraz de pre- sentibus vniuersis ac visibilibus euocantes: futura tantummodo contemplamur. Et. j. Luius renun- tiationis tertie veram perfectionem merebimur ob- tinere: quā mens nostra nullo carnee pinguedinis he- betata contagio: sed peritissimis eliminationibus ex- polita ab omni affectu et qualitate terrena per inde- finitatem diuinarum rerum meditationez spiritua- lez: theorias ad illa qua inuisibilia sunt eosq; trā- fierit: vt circundatam se fragilitate carnis ac situ cor- poris supernis et incorporeis intenta non sentiat: atq; in huiusmodi rapiatur excessus: vt non solum nullas voces auditu recipiat corporali: nec intuen- dis pretereuntium imaginibus occupetur: sed ne adiacentes quidē moles et ingentes materias obie- etas oculis carnis aspiciat. Luius rei fidem atq; vir- tudem nemo nisi capiat qui hec que dñr experien- tia magistra percepit. Luius videlicet ita dñs ocu- los cordis ex vniuersis presentibus auocauerit: vt ea non tamq; transitura sed quasi transacta iam re- putet: et velut inanem fumum in nihilum resoluta

Hedita-  
tio.

Logita-  
tio.

conspiciat ambulans ut Enoch. Gen. v. cum deo ac de humana conuersatione moribusq; translatus nō inueniatur in presentis seculi vanitate: hucusq; Pa phuntius. Item in collatione Sereni. Ad mensuram etatis plenitudinis christi. Eph. iiiij. nemo perueniet alias in futuru nisi qui imbutus ea fuerit in presenti: eam qz adhuc in hoc seculo positus prelibaberit: christiqz membruz preciosissimum designatum arrari compaginis illius per qz corpori mystico quod est ecclesia. xxiiij. q. v. de liguribus. ad Colos. i. j. Cor. xij. eius: valeat copulari: in hac carne possederit. vnum duntar at desiderans, vnum sitiens: ad vnum non solum actus suos: verum etiam cogitationes semper intendens: vt illud quod in futurum dicitur. j. Cor. xv. de beata conuersatione sanctorum iam sub barratu teneat in presentia. vt sit ei deus oia in omnibus. Itz in col. Isaac prima de oratione. Oratio dominica pronehit domesticos suos ad illā igneam & per paucis cognitam vel expertam immo ineffabilem orationem: que oēm transcendentis humanum sensum nullo modo (dicam sono vocis nec lingue motu nec vlla verborum pronuntiatione) distinguunt: sed qz mens celestis illius infusione lumen illustrata non humanis atq; angustis designat eloqujs: sed congregatis sensibus velut de quocā fonte lucidissimo & copiosissimo effudit vbertum. Huius orationis formulam dñs figurauit: quoniam in orationis agonia constitutus etiam gittas sanguinis inimitabili profudit exemplo. Luce. xxij. Occasionē autem huius orationis ignite multa prebent plamini versiculos decantatus xxi. di. c. i. versic. lectors. Lanora fraterne vocis modulatio. Instrumentoz vel organozum pulsatio. Psallentis grauitas. Exhortatio viri perfecti. & collatio spiritualis. Interit chari vel fratri. Recordatio peccatoroz & ne glorie tenteris contemplatio gehennalis. Item in eadem: Et vt orationis vere percipiatis affectum non meā vobis: sed besti Antonij sententiam proferam. quez ita nonnunqz in oratione nouimus perstitisse: vt eo dem in excessu mentis frequenter orante quuz solis ortus cepisset insundi: audierimus cum in seruore spiritus proclamantem. Quid me impedit sol, qui ad hoc iam oris: vt me ab huius veri luminis abstrahas claritate? Quis etiam sententia non humana sed diuina hec est. Non est (inquit) perfecta oratio in qua se monachus: vel hoc ipsuz quod orat nō intelligit. Idem in. h. collatione de oratione eiusdem Isaac. Hic nunquam finis totius perfectionis est: vt eousq; extenuata mens ab omni situ carnali ad spiritualia sublimetur: donec ois eius conuersatio ois cordis voluntatio vna & iugis efficiatur oratio. Itz in collatione Joannis abbatis cenobite & eremite, idem Joannes ait: Nō dñi nostri munere memini me in hmoi raptum excessum frequenter, vt obliuisceret me sarcina corporee fragilitatis induitum menteq; meā ita oēs exteriores sensus subito respuisse: & sanctis materialibz rebus oībus exulasse: vt neq; oculi, neq; aures mee pprio fungenter officio. Et ita stiūnis meditationibus ac spiritualibus theoriz meus animus replebatur: vt sepe ad vesperam cibū me percipisse nescirem: & sequenti die de hesterna ab solutione ieiunij penitus dubitarem. Item in collatione Theone de anamarthetio. Una ergo & sola est theoria. i. contemplatio dei cui merito oia virtutum studia postponuntur. multos etenī sanctos quamvis bonoz operum terrenis studijs occupatos: tñ a

contemplatione illius summi boni retrahunt ac retardant. Dixit frater Egidius laicus socius beati Francisci maximus contemplatiuus q; gradus contemplationis sunt: dignis, vncio, ectasis, gustus, contemplatio, requies, gloria. Item dicebat q; nullus potest ad contemplationem ascendere nisi per actuum fideliter & deuote excitatus fuerit. Ad contemplandam etiam gloriam diuine maiestatis nullus potest ascenderem nisi per seruorem spiritus & frequē tem orationem. Per seruorem spiritus accenditur homo, & ad contemplationem ascendit: qñ cor cum ceteris membris est ad hoc totum dispositum plene ita q; nihil aliud etiam vult nisi quod habet & sentit & potest cogitare. Ille eset bonus contemplatiuus: qui si haberet incisos pedes & manus & extraectos oculos & incisum nasum aures & linguam: pre magnitudine suauissimi ineffabilis & inestimabilis odoris gaudij & dulcedinis nulla alia membra nullaz alia qz que circa celum excogitari pnt, curaret: vel habere desideraret: preter id quod hz & sentit: sicut Maria secus pedes dñi tantam recipiebat dulcedinem verbi dei: q; nullum habebat membrū qd posset, vel vellet facere aliud qz faciebat: & hoc signū, quia conquerenti sorori q; non adiuuaret eam nullo verbo dei indicio respodit. cuius aduocatus christus factus est: pro Maria respondens que responderet non poterat. Luc. x. Idem. Contemplari est ab omnibus esse diuīsum: & soli deo esse coniunctū. Itē frater Rogerius provincialis vir ectaticus ait. Quid putas erit si intimo tuo intumis sit deus: libro. j. A quātis tenebris ad quantas duceris claritates per spiritum eius: a. Si illas que in intumis illis sioe interis secretis sunt nosles intimas contemplationes si illas lucidas illuminationes, si illos seruicos spēdores, si illos simplos radios, si illos puros fulgores, si illos viuificos ardores, si illos pacificos sapores, si illos deliciosos: immo deliciosissimos dulcores, si res incognitas & innominabiles res tñ experimentales perfecte perciperes. A homo si hec experientia nosles: puto quia vt ego tenebras ferres grauitate vite tue. a. Qñ aut erit? Putasne videbo? qñ. qñ. qñ. oia in mora. nūm flenda dilatio horz. a. a. a. Quid tibi sum ego: aut quid tu mihi de' me? sed quid non mihi es? hec verba silentiū sunt: nec ex silentium & deum inueniri pnt. quia alibi non sunt. O qz beatus homo cuius in deo anima fieri nouit deus. supple non substancialiter: sed virtutue & transformatione. Attende aut & admirare que dico: excessus, introitus, defectus, transitus, apprehensio, transformatione: ad omniz causaz amoz motio in silentiū illud bona, quietatio punctalis: infiniti viso. Nec terreas quia punctalem audisti. illam enī quādo vult: & vult: vt quantum vult dilatare potest qui infinitissimum in se infinitare potest. Nec magna sunt. Sentire ea vis? Attende qñ nullus sic intrat: nisi prius excederit. nec deficit: nisi prius introserit. nec transit: nisi prius defecerit, nec apprehendit. nisi prius transierit: nec transformat nisi prius apprehēderit. nec intuetur: nisi transformat precederit. nec sic in illum amore mouetur: nisi qui intus & valde intus fuerit. nec in beato illo silentio quietatur: nisi qui illum amorem nouerit. Post hec videtur deus: quare eti in quolibet precedēti est visio: post hec tñ sequitur dei visio manifesta. Sz per hoc quod dicū est deus meus vñqz sensus ad hoc sufficit? qñ etiā angelicus intuitus qui hoc continue. Matth. xvij.

experitur: in huiusmodi plene non possit: nō proprijs imitat dñe viribus. Qui hoc querit: totū tibi se exhibeat, vt in te trāseat totus, hucusq; Rogerius vene Talia que merā cōtemplationē respiciunt sīm Ber. non docet lectio: sed vncio spiritus sancti in sua do na sapientie gustante: que vncio docet de omnibus his. i. Jo. ii. extra de sacra vnc. c. vnic. q. j. versi. de se cunda. Be vtraq; vita actiua & contemplativa que simul teneri potest a prelatis ecclesie. xxxvij. dist. siqs viij. q. j. in scripturis. c. qui episcopatū. ii. q. vij. sancta. q. j. scias. xvij. q. j. nos autem. xij. q. ii. due. extra de res nun. nisi. q. ne putes. & de regula. licet. q. penult. Expeditis tuis donis sacratissimis alme spiritus numero septenario designatis. Ego frater peccator scri ptor istius operis gemitibus inenarrabilibus a te. Rom. viij. datis oro te veni hauster calide sancte spiritus ignee: per flā hortum meum. Lan. iiiij. in fi. i. ec clesiam qui est hortus conclusus: vt in eodem. c. iiiij. xxiiij. q. j. omnibus. & c. qm. Ad eum in qz: quia eccl esia est mater mea & omnium fidelium magistra: extra de priuil. antiqua. Et fluent aromata illius virtutes secundum Greg. in homil. pasce: que virtus in ea: id est in membris suis corruptis existentia expellant. xxiiij. q. j. cum renuntiatur. Et currat in odorez vnguentorum sponsi sui. Lan. j. cum eccl esia primitua talibus virtuosis odoribus secundata. vt in fine istius eccl esie militantis iam in proximo veniente extremitas defectuose vite redeat ad principiū san cte vite: & reuoleat. o. ad. a. xxv. dist. ab exordio.

De fine operis deo gratiarum.

Cap. 92.



Lāte prospē sui dignissima gra tia dicta haistro, & cōpleta ista secunda parte istius operis de ruina in vita magna statuum eccl esie sancte dei, non ad detrac tionem: sed correctionem prescripta: Iaz ratis mea desiderat in litoze collocari. act. xxvij. Jo. iiij. xxvij. q. j. nuptiarum. Mat. xxv. Leuans manus oculos & cor ad illum sponsum eccl esie Jesum chris tum vnicum dñm nostrum filium dei viui & verum.

deum. Mat. xvij. qui est principium & finis. Apoc. j. & qui vere fuit principium istius operis & consum matio. gratias vberes sibi reddens: corde: & ore be nedico: sibi dicens. Gloria laus & honor tibi sit rex christe redemptor: & benedictio, & claritas, & sapien tia, & gratiarum actio, honor: & virtus, & fortitudo tibi deo nostro in secula seculorum. Amien. Apoc. vij. Ac deinde ad te papa beatissime dñe Jo. xxij. vere Jesu christi dñi nostri in terris vicarie generalis & spon se legitime eccl esie sue sancte: cum tuo venerabili & sa cro collegio dominorū Cardinalium genibus flexis dirigendo sermonem: hoc opus quod iam fecisti scri bi suppliciter recommendo. Iplum corrigas: & cor rigi facias. Faouorem sibi largiaris. Salus ibi tue & nostre eccl esie continetur. Sicut etiam dixi in suo principio: sic & nunc in fine eius dico nihil aliud sen tio nec teneo nec doceo. nisi quod sentis tenes & do ces cum tua sancta matre eccl esia: que nunq; a veritate catholica deviavit. xxiiij. q. j. a recta. & memor. c. in sede. Si ergo in aliquo ex ignorantia vel improvi sione vel nimia occupatione sicut homo minus bene dixi: per te. lxij. dist. Valentianus. corrige: quia tibi precipue christiane religionis zelus incumbit. xxiiij. q. j. officij. Alia canonice dicta tua autoritate corroborā & confirma. xxv. qd. ii. postea. Compleui autem hoc opus dei gratia comitante, currente an no dñi. M. ccxxv. pontificatus tui anno. xvij. in fi. In festo sancte Marie nūnis, in Auinione ubi tunc cum tua curia residebas. Et incepi anno domini. M. ccc. xxx. pontificatus tui anno. xxvij. in ciuitate eadem ubi cum tua curia eras & ego seruus peduz tuorum & officialis indignus in penitentiale officio regnante dño nostro Jesu christo cum patre & spiri tulanco benedicto & glorificato in secula seculorum. j. Timo. j. & vlti. de conse. distin. j. hi duo. & cap. porro gloria tc.

#### Authoris subscriptio.

Manu propria vna vice correxi & apostillaui anno domini. M. ccxxv. in Algarbia Portugalie ubi sum presul in villa Ramra. Secundo correxi & apo stillau in sancto Jacobo de compostella anno domi ni. M. ccx. In prima parte istius operis sunt. lxx. capituli. In secunda vero parte. xcij.

R E G I S T R U M

\* \* \* \* \* a b e d e f g h i k l m n,

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff.

Omnis sunt quaterniones, preter \*\*\* , et ff qui sunt terniones, et n duernso.



V E N E T I I S,

Ex Officina Francisci Sansouini, & sociorum,

M D L X.





